



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Domus Æternitatis**

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memorïæ cogitationibus,  
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet  
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini  
Sodalitatibus


continens Impedimenta Et Adjumenta Æternæ beatitudinis

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50716)







Th. 2929.

f. II  
33.




















n.  
r.





*Annos aeternos in mente habui. Psal. 76.*

*P. B. Boultats. fecit Auer.*



DOMUS  
ÆTERNITATIS

RESERATÆ,  
ET AD INGREDIENDUM

Quotidie,  
Memoriæ cogitationibus,  
Intellectûs considerationibus,  
ac voluntatis affectibus,

apertæ,

P A R S IV.

continens

I M P E D I M E N T A

Et

A D J U M E N T A

Æternæ beatitudinis

Authore


R. P. JOANNE DIRCKINCK  
Societatis JESU Sacerdote.

---

COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Apud SERVATIUM NOETHEN,  
Anno M.DCC. XIII.

*Superiorum permisso & Privilegio.*









# PARS IV.

Scopus hujus Partis.

**C**ONSIDERATIS, parte primâ, æternitatis præambulis, naturâ, & subjectis; parte verò secundâ, æternitatis beatæ gaudiis, ac tertiâ, damnatæ tormentis; hâc parte quartâ, nonnulla impedimenta & adjumenta sive media proferemus; eo fine, ut illa tanquam obices & pessulos Domûs beatæ removeamus; hæc verò tanquam claves, Domûs cælestis januam nobis referantes, sedulò adhibeamus: quamvis impedimenta salutis, media quoque sint damnationis; & media salutis, damnationis obstacula; secundum illud Philosophi: *Generatio unius est corruptio alterius: & declinatio mali, accessio boni.* Unde hortatur S. Augustinus: *Laboremus, ut nobis bonorum operum Clavibus januâ regnicælestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus, quasi quibusdam seris ac vectibus, vita nobis janua clauditur; ita absque dubio bonis operibus aperitur.* Serm. 252. de temp.

A 2

Ut



Ut autem, mi Lector, huic tanti Præfulis hortationi obsecundes, impedimenta & adjumenta hoc libello contenta crebrò lege, considera, perpende; ne accensearis illis stolidis [ quorum infinitus est numerus ] *qui malis operibus, quasi quibusdam seris ac vectibus, vitæ jannam sibi præcludunt*: dum enim peccata peccatis quotidie accumulunt; quid aliud agunt, nisi ut impedimenta impedimentis, seras seris, vectes vectibus, trabes trabibus, imò valla vallis ac muros muris apponant & opponant; quò aditum beatæ æternitatis magis magisque sibi obstruant, ac tantò minùs penetrare, ingredi que valeant. Hoc autem labore, quid efficiunt; nisi ut certius ab æterna beatitudine excludantur; & infallibiliùs ad æternas inferorum pœnas detrudantur, Dæmonum potestati subjiciantur, verme conscientiæ rodantur, igne, & omnium tormentorum congerie torqueantur in omnem æternitatem? An non hæc est cæcitas, nullo lacrymarum imbri sat deploranda? An non phrenesis incomprehensibilis & horrenda? Ne



Ne hæc amentia te quoque & me occupet, secundum Apostoli monitum: *Abjiciamus opera tenebrarum*, quæ tenebras amant, atque ad æternas tenebras amandant: *Et induamur arma lucis*. Rom. c. 13. 12. quibus arcem cœlestem expugnemus. *Laboremus ut bonorum operum Clavibus*, januam regni cœlestis nobis aperiamus; & cum viris verè sapientibus ac timoratis, indies adjumenta adjumentis, media mediis, velut claves clavibus addamus; ut tantò certius æternitatis beatæ aditum referemus. Toti in eo sumus, ut vanis ac sterilibus curis, operibusque rejectis, unam æternitatem, ejusque media, semper & ubique & in omnibus, in corde, in mente, in memoria, in opere, in sermone, in amore, in timore, in sollicitudine, in præmeditatione habere consuecamus: impedimenta omnia ac singula removeamus, & ne tanti momenti negotium, ulli dubio, fortunæ aut casui exponatur, sollicitè caveamus: deq; omni certitudine possibili nobis prospiciamus.

Quæ si præstiterimus; itinere felici progrediemur; magnis passibus quotidie

A 3

ad



ad Domum æternitatis beatæ properabimus, & tandem feliciter eam intrabimus, ac perpetuò possidebimus. Si verò ea neglexerimus, in ancipiti semper fluctuabimus; & inter millena discrimina constituti, de salute nostra nunquam tacti, securique esse poterimus. Laboremus igitur & agamus, quidquid, Deo juvante, valemus: *Nulla satis magna securitas, ubi periclitatur æternitas.* Laboremus, crebroque cogitemus: ô quid curamus, si æternitatem beatam non curemus? O in quid labimur, si in æternitatem maledictam prolabamur? Scimus, nos, quidquid agimus; volentes, nolentésve, æternitati agere. An non igitur summè insani ac reprobi sumus, si scientes volentesque potius infelicissimæ & diabolicæ, quam beatissimæ ac divinæ æternitati laboremus? O absit hoc à nobis, absit! Quin potius omne vitæ præsentis instans, omnis motus, omnis cogitatio, locutio & actio nostra, in immensum beatæ æternitatis oceanum influat, ut perpetuò nos beet, recreet atque oblectet.

CON.



## CONSIDERATIO I.

Impedimentum I. Æternæ salutis,  
Defectus fidei æternitatis.

*Qui verò non crediderit, condemnabitur.*  
Marci c. 16. 16.

I. Octobris.

I. **C**ONsidera, Christiane, dari æterni-  
tatem Dei, æternitatem animæ  
nostræ, æternitatem cælestis gloriæ, &  
æternitatem infernalis pœnæ, esse arti-  
culos sanctæ fidei nostræ Catholicæ:  
quos *qui non credit, jam judicatus est.*  
Joan. c. 3. 18. & certò condemnabitur.  
Nihilominus, nec olim defuère, nec  
etiamnum defunt; qui eos non credant.  
*Sunt nonnulli, inquit S. Augustinus. L.*  
*21. de Civ. c. 17. Quis nolunt credere pœ-*  
*nam sempiternam futuram; sed post certi*  
*temporis metas, pro cuiusque peccati quan-*  
*titate, longioris, sive brevioris, eos inde*  
*existimant liberandos. Atque hos inter ex-*  
*titit Origenes: sed illum propter hoc non*  
*immerito reprobavit Ecclesia. Contra*  
*eosdem hæreticos insurgit S. Hierony-*

A 4

mus



8 *Domus aternitatis. Consideratio*  
mus c. 3. in Jonam de iis dicens, quod  
homines & diabolos non putent aeternum  
puniendo; sed restituendo in regnum pri-  
stinum. Verum quia hoc Scriptura sancta  
non dicit, è mentibus nostris abjiciamus.  
& sciamus peccatores in Evangelio mitti  
in ignem aeternum, ubi vermis eorum non  
moriatur, & ignis non extinguetur.

II. Antiqua hæc hæresis hodie dum  
recrudescit & invalescit in Suecia [in  
Holmiâ, fidâ manu, recenter scriptum  
est] & eodem, quo olim Origenis Affe-  
clæ, misericordiæ divinæ prætextu, le-  
vetur; quasi huic, pœnam aeternam  
damnatis infligere, repugnet. Et quomo-  
do hæreticus hæreticum, sepositâ Eccle-  
siæ Catholicæ authoritate, convincet  
dum quilibet in explicandis scripturis  
cerebri sui criticiis, mordicus infistit? Sed  
sciant hæretici, hi antiquo novi: tantam  
esse Dei justitiam, quantam misericor-  
diam: sciant peccati lethalis malitiam  
esse quodammodo infinitam, quia Deo  
infinito repugnat; ut prolixè infra con-  
sid. 3. & 4. perpendemus. Audiant quo-  
que S. Augustinum L. 21. de Civ. c. 18.  
hujus



hujus hæreseos radicem velut acu tangentem : Per generalem , inquit , Dei misericordiam , impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentur. Audiant & denuò S. Hieronymum. l. c. Scimus quidem clementem esse Deum , nec qui peccatores sumus , ejus crudelitate delectamur : sed legimus : Miserator & justus Dominus , & Deus noster miseretur. Psal. 114. Justitia Dei vallatur misericordiâ , sic parcit ut judicet , sic judicat ut misereatur : misericordia & veritas obviaverunt sibi : justitia & Pax osculata sunt. Alioquin si longo post circuitu , omnium rerum restitutio fiet , & una dignitas militantium : qua distantia erit inter Virginem & prostibulum ? Idemne erit Gabriel & Diabolus ? Idem Apostoli & demones ? Idem Prophetæ & Pseudoprophetæ ? Idem Martyres & Persecutores ? Quod sanè omnino absurdum esset. Absurdum igitur est hoc delirium , atque inane commentum. Crede Christo , crede Evangelio , crede Ecclesiæ qua est columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. c. 3. 15.

III. Dantur & alii de Atheorum &

A 5

Epi.



10 *Domus eternitatis. Consideratio*  
cureorum grege ( utinam in Anglia,  
Gallia, Germania & alibi, nulli hujus  
furfuris reperirentur! ) qui Dei existen-  
tiam negant; adeoque & præmiorum  
& suppliciorum æternitatem inficiantur  
ut eò liberiùs, in scelera quævis ruant.  
*Dixit insipiens, ait David, in corde suo, non*  
*est Deus. Psal. 13. 1. Hoc dixit insipiens,*  
imprudens & stultus; quia Scriptura di-  
vina & recta ratio contrarium clamat;  
nam & *Cæli enarrant gloriam Dei*, & ter-  
ra eum esse deprædicat, & præter Pro-  
pheticas voces, mundus ipse ordinatissi-  
mâ suâ mutabilitate, & visibilium om-  
nium pulcherrimâ specie, quodammo-  
do tacitus, & factum se esse, & non nisi  
à te Deo, ineffabiliter atque invisibiliter  
magno, atque ineffabiliter & invisibili-  
ter pulchro, fieri se potuisse proclamat.  
Et tamen *dixit insipiens in corde suo, non*  
*est Deus.* Hoc autem dixit non ore, sed  
cogitatione & *in corde suo*, quia ut ait S.  
Augustinus hîc, *hoc nemo audeat dicere,*  
*etiamsi ausus fuerit cogitare.* Cogitavit  
igitur & sibi persuadere conatus est.  
*Non est Deus.* Sed quid inde? Ergo non  
est



est quem timeam : ergo non est cur voluptatibus non indulgeam : quia *non est Deus* : Ergo nec ejus sapientia , quæ me videat : nec justitia quæ poenam infligat , nec æternitas beata , quæ exhilaret , nec damnata quæ me torqueat. *Non est Deus*. O quæ cæcitas ! quæ dementia ! Ex qua corruptio , abominatio ac depravatio omnium subsequitur : mox enim Propheta subjungit : *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Psal. 13.2.

*Affectus fidei.*

**O** Anima mea ! cave tibi , ne hujusmodi insipientibus annumereris ; & vel cum Origene , ejusque asseclis , non dari æternitatem poenarum infernalium sentias ; vel cum stultis illis atheis in corde tuo dicas , *non est Deus*. Quin dic tu potius decies , dic centies , est poena æterna , est gloria æterna , est Deus æternus , præmiator bonorum , vindex malorum. Credo , credo , credo. Est *Deus unus*. [Ephes. c. 4. 6.] est *Deus verus*. [Joan. c. 17.] est *Deus vivus* [Act. c. 14.]

A 6



12 *Domus eternitatis. Consideratio*  
est *Deus sempiternus* [ *Isaiæ c. 40.* ] qui  
potest corpus & animam perdere in gehennam. *Matth. c. 10.* Verbaque hæc divina, ratio ipsa confirmat: nam *Rex unus*  
est *apibus, & Dux unus gregibus, & in ar-*  
*mentis rector unus*: multo magis mundi  
rector unus est, qui universa quæ sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat. *S. Cyprian. L. de idol.*

*Oratio*

*Considerationi indies subjungenda.*

**O** *Æterne, & omnis æternitatis fons*  
*Deus!* qui nobis per *Filium tuum,*  
*æternitatis beatæ aditum,* devictâ morte, re-  
serasti; da nobis *annos æternos,* in  
memoria, intellectu & voluntate semper  
habere, salutis impedimenta remove-  
re, adjumenta sedulo usurpare; ut in tem-  
pore sæculi hujus, sic omnia temporalia  
transeamus, ut & mala omnia æterna e-  
vitemus, & omnia bona æterna conse-  
quamur. *Per Dominum nostrum &c.*

*2. Octobris.*

**P** *Erpende nequitiam & vafritiem*  
*Diaboli, qui probe gnarus, quanti*  
mo.



momenti fit, fides viva æternitatis, nihil non agit, ut mortalibus eam adimat, aut saltem obscuret; ut eò faciliùs, per avia & devia ducat, atque in Tartarum præcipitet. Hostis sanè crudelior Basilio Imperatore, qui obtentâ contra Bulgaros Victoriâ, horum quindena milia, captiva, excæcavit, uno duntaxat è singulis centuriis relicto monoculo, qui cæteros duceret. Imò ipsis Seythis barbaris, truculentior, qui servos suos excæcabant, ne, ut olim fecerant, rebellarent, totâque regionem occuparent. Quod enim in corpore est oculus; in mente est fides supernaturalis, quæ mysteria divina pandit, æternitatem beatam ac damnatam ostendit, viam ad illas demonstrat: ideoque Cacodæmon nullum non lapidem movet, ut oculum hunc fidelibus eruat.

II. Sed sapientior sit quilibet Christianus, & hostis maligni jaculis, Clypeum æternæ veritatis obtendat. Proferat vaticinia Prophetarum; testimonia Apostolorum, oracula Christi Domini, in sacris paginis millies inculcata. Alle-



14 *Domus aternitatis. Consideratio*  
get quoque lumen rectæ rationis; & om-  
nia creata, clamantia audiat: *Ipsè fecit*  
*nos, & non ipsi nos. Psal. 13.* Ausculet  
quoque Oratorem aureum, in illa verba  
psalini 13. *Dixit insipiens, sic discurren-*  
*tem: Est urbs & non est conditor: est*  
*navis & non est fabricator; est domus &*  
*non est ædificator. Non est musicus,*  
*& quomodo in mundi lyra apparet*  
*concentus? Non est provisor, & quomo-*  
*do per omnia providit providentia? Non*  
*est auriga, & quomodo quatuor ele-*  
*mentorù currus agitur? Non est sta-*  
*tuarius; & quomodo homines, velut sta-*  
*tuæ, in mundo factæ sunt? Non est for-*  
*nicis constructor: & quis tibi cæli forn-*  
*icem construxit? Non est aurifex, & quis*  
*solem, velut discum aureum in cælo po-*  
*suit? Non est qui ferat lampadem, &*  
*quis tibi velut lampadem argenteam de-*  
*dit lunam in cælo & reliqua sidera? Non*  
*alius nisi ille de quo ait Propheta: Qui*  
*fecit luminaria magna solus; solem ut præ-*  
*sit diei, & lunam ut præsit nocti. Psal. 131*  
*7.* Hæc S. Chrysoströmus, quæ convi-  
cunt, nisi quis insaniat.

III. Con



III. Considera ulteriùs astutiam & malignitatem Versipellis Diaboli: qui si in homine fidem æternitatis, pœnarum-que ejus, prorsus elidere nequeat, saltẽm in eo totum esse, ut eam minuat, debilitet, obscuret. In compendio historiæ trevericæ refertur; Prætori urbico ejusdem civitatis, ope dæmonis, scientiarum naturalium arcana rescire cupienti; hanc à stygio veteratore propositam ac postulatam conditionem; ut in quibusvis conviviiis, colloquiis & congressibus, hoc intercalare identidem inspergeret: *Diabolus non est tam teter ac pingitur; nec infernus tam calidus, ac fingitur.* Sed curnam id obsecro? Utiq̃ue ut apud homines, vir doctus & magnæ authoritatis fidem pœnarum tartarearum, hâc ratione aut tolleret, aut debilitaret. An non similia hodiedum, vitæ profligatæ homines effutiunt? An non idem plurimorum incredulorum ac sceleratorum, inane & frivolum est solatium?

*Increpatio.*

**O** Stulte & tarde ad credendum, verbi divini oracula; & ad audiendum,

! dum,



16 *Domus æternitatis. Consideratio*  
dum, omnium rerum creaturarum voce  
Deum Conditorum suum profitentes  
Noli deinceps esse incredulus, sed fide-  
lis: *Qui enim incredulus est, non videbit  
vitam; sed ira Dei manet super eum.*  
Joann. c. 8. 24. Quare cave, ne Diabolus  
oculum fidei æternitatis tibi effodiat, ve  
obscurat: cave quoque ne lumen ratio-  
nis obfuscet; ut Dei cognitionem repe-  
las, ejus dominium excutere, in vanum  
allobores, & cum impiis desperatis dicas  
*Quis noster Dominus est?* Nisi Dei ful-  
men maledictionis æternæ experiri velis  
Audi Chrysostrum in hæc verba  
*Quis noster Dominus est? O verbum Dia-  
bolicum! O animam dæmoniacam! Vi-  
des ô homo! universam creaturam præ-  
dicare Domini potentiam, sapientiam  
curam, providentiam; corpus tuum  
animam, vitam, quæ sub aspectum ca-  
dunt, & non cadunt, omnia propemo-  
dum vocem emittentia, laudare poten-  
tiam artificis, & tu dicis: *Quis noster Do-  
minus est? Hoc est furoris, hoc est stuporis  
hoc corrupti animi, propterea sunt mala  
innumerabilia.* S. Chrysostr. Tom. 1. pag.  
697. a. 3. Octo*



## 3. Octobris.

**I.** NE verò ejusmodi incredulos, admodum paucos in orbe terrarum reperiri putes; circumspice & examina; clarèque cernes quomodo totus propè mundus à stygio impostore se fascinari, dementari, fideique oculo privari aut obscurari sinat; ita ut æterna cæli gaudia & orci tormenta vix aut ne vix quidem credant. Quidam prodigiosè resuscitatus à mortuis ( ut fidæ referunt historiæ ) ac de alterius vitæ statu interrogatus, respondit: *Nemo credit, nemo credit, nemo credit*; rogatus verò, quidnam nemo crederet: *respondit: Nemo credit, quàm strictè Deus cuncta examinet: nemo credit, quàm rigidè judicet; nemo credit, quàm severè puniat.* Quodsi hodiedum vitam perverfam tot ethnicorum, tot atheorum, tot hæreticorum, tot malorum Christianorum accuratius inspexeris, an non meritò exclamaveris: *Nemo credit, nemo credit, sive æterna præmia, sive æterna supplicia. nemo credit.*

II. In



II. In primis enim, *nemo credit*, salutem ut par est, & fide vivâ ac vividâ, bonorum cælestium immensitatem: aliàs non tam legniter pro iis adipiscendis, laboraret. *Nemo credit*, minimæ precationi, minimæ eleemosynæ, ac jejunijs minimo, respondere in cælesti gloria præmia sempiterna; aliàs non tam raro, nec tam tepidè preces funderet, nec toties pauperes stipem flagitantes, aure surdâ præteriret, nec jejunia cane pejus & angue fugeret, & horreret. *Nemo credit*, labori, morbo, persecutioni patienter toleratæ, respondere in cælo inmarcescibilem gloriæ coronam; aliàs, non ita gemeret, nec querelas deponeret, nec vindictam spiraret. *Nemo credit*, destinatam castitati angelicæ aureolam omnibus rosis, liliis, gemmisque splendidiorem; aliàs studiosiùs eam coleret, nec toties eandem violaret. Et an non ex his omnibus liquet, quàm exigua sit fides in mundo? *Filius hominis veniens, putas quem inveniet in terra?* Lucæ c. 18.

III. Deinde discurre per varias mundi plagas: lustra aulas, lustra castra, cu

rias



rias, officinas, tabernas, variâsque in his hominum classes, & hujus rei veritatem luce clariùs intueberis. Nam I. Gulosorum helluonum, ebriosorumque nepotum, quot sunt, qui credant, quòd cum divite epulone sepeliendi sint in inferno, ubi siti levandæ, nec aquæ guttulam, totâ æternitate sint obtenturi? O quàm pauci! aliàs non tam splendide epularentur quotidie, nec toties inebriarentur. II. Euclionum, divitumque avarorum, quotnam sunt, qui credant, se difficiliùs intraturos in regnum cælorum, quàm camelus transeat per foramen acûs? O quàm pauci! aliàs non tam avidè, per fas & nefas pecunias corradarent. III. Ambitiosorum, & libidinosorum, quot sunt, qui credant, quòd pars illorum futura sit *in stagno ardente pice & sulphure*? Apoc. c. 21. 8. O quàm pauci! aliàs non tam ardentè honoribus; fœdisque voluptatibus inhiarent. Quid verò est, quod frænum pudoris dirumpat? *Non est ajunt, qui agnitus sit reversus ab inferis.* Sap. c. 2. Viden' fidei defectum? Non est infernus, non est

Dia-



Diabolus, non est damnatus; quia nullus  
 haecenus ab inferis est reversus, qui no-  
 bis referret, quid istic rerum geratur.  
 Igitur nihil est quod metuamus: *Veni-  
 fruamur bonis: nullum sit pratum, quod  
 non pertranseat luxuria nostra.* Arque  
 hinc vita bestialis sequitur. Non ali-  
 ter, ac si orco tormenta, anilia forent  
 commenta:

Sic vivunt homines, tanquam mor-  
 nulla sequatur:

Et velut infernus fabula vana fo-  
 ret. *S. Bruno de van. mundi.*

*Affectus zeli.*

**O** Si ciamare possem, *aternitas, aterni-  
 nitas, aternitas*, ut omnes pecca-  
 tores audirent, serioque illam appre-  
 henderent! O si scribere possem, libros  
 que per mundum spargere, ut eos imp-  
 omnes legerent, & ex aternitatis confi-  
 deratione compunctionem haurirent.  
 O si cum S. Theresia infidelium caecita-  
 tem, amarum lacrymis deflere possem, ut  
 omnes fidem susciperent! O si clamare,  
 praedicare, perorare valerem; ut omnes

mor-



mortales firmiter crederent, & præmio-  
rum cælestium magnitudinem, & suppli-  
ciorum infernalium atrocitatem; & u-  
trorumque æternitatem! Verùm cùm id  
nequeamus, pro modulo nostro clame-  
mus, scribamus, deploremus, prædice-  
mus; secundum *Isaiæ* monitum. *Clama-  
ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam,  
& annuntia populo meo scelera eorum.*  
c. 58. Sed *Domine, quis credidit auditui  
nostro [seu Sermoni audito] & brachium  
Domini cui revelatum est?* *Isaiæ* c. 53. 1.  
Brachium Domini *Christus* est, ejusque  
virtus ac robur: quàm verò fortiter in  
die judicii, hoc brachium tonitrua ac  
fulmina in incredulos vibraturum sit:  
*quis credidit? Nemo credit. Nemo credit.*

Interim, *clama ne cesses*, si fortè au-  
diant, credant, convertantur  
& vivant.



CON-



## CONSIDERATIO II.

Impedimentum II. Salutis,

Oblivio æternitatis.

*Desolatione, desolata est terra; quia non est  
qui recogitet corde. Jeremiæ c. 12. 11.*

4. *Octobris.*

I. **C**onsidera, non solum oportere  
nos æternitatem firmiter crede  
re; sed ejus quoque crebrò meminisse  
quia ex ejus oblivione grandia dama  
nascuntur. Senex quidam in Vitis Pa  
trum L. 5. assererat: ternos esse Diabo  
li prodromos, scilicet *oblivionem, negli  
gentiam & concupiscentiam. Si oblivio  
venerit, generat negligentiam: de negli  
gentia, concupiscentia nascitur, de concu  
piscencia vero corrumpitur homo, in que vis  
gita. Applicemus hoc oblivioni æter  
nitatis, de qua & negligentia salutis,  
concupiscentia carnis, & animæ inter  
tus oritur; hinc fidei vivæ æternitati  
socianda est ejusdem crebra recordatio  
ut monet Ecclesiasticus: *Memorare  
vissima tua. c. 7. 40.* Hæc enim si obli*



vioni tradantur, & nec cogitentur, nec considerentur, vix id distat ab ignorantia: Inconsideratio & ignorantia ex jurisconsultorum sententia, æquiparantur, ob similes utriusque effectus. *Quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Job. c. 4. 2.

II. Primus itaque Diaboli prodromus est *oblivio*. O in quot mortalibus illa regnat! Transeunt horæ, transeunt dies, menses, anni, ætates & nullus est qui *reocogitet corde*. Jerem. c. 12. 11. Reges & Principes versantur in Consiliis; Causidici & Judices occupantur in tribunalibus; officiales & milites in castris, in tabernis mercatores, in officinis artifices, coloni in campis & agris; & quotus quisque illorum est, qui vel semel per diem seriò meminerit æternitatis? Dum autem æternitas rarissimè cogitatur, parùm quoque cognoscitur, minùs æstimatur, minimè cordi imprimitur; ideoque vita passim instituitur, ac si æternitas nulla foret. Unde quotidie innumeris ejusmodi obliviosis accidit, ut in æternitatis damnatæ nassam decidant,

*Pars IV.*

B

nun-



24 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
nunquam inde extricandi, priusquam  
vel passum unum, ad eam admovisse op  
narentur. Ignorant scilicet, aut pot  
volunt ignorare, sese, quomodocunq  
vivant, quidquid agant, quidquid m  
liantur volentes, nolentes, curantes  
gligentes; scientes, ignorantes, aeterni  
ti appropinquare; in eamque se, vel  
fluviales aquas in mare devehit, illoq  
absorberi.

III. Hac de causa stupebat Pra  
Salvianus L. 5. de Eccles. Cath. nec  
pere poterat: Quid causa esset; ut si qu  
piam Christianus futura credat, fut  
non timeat: si credat, quæ dixit De  
nec timeat, quæ minatur Deus: magn  
prodigium, credere aeternitatem  
pliciorum, destinatam iniquis, & qu  
cere tranquillè in iniquitate: habere  
certo, quod Deus dixit, & contem  
illud, quod Deus minatus est. Quæ  
obsecro hujus miseræ causa? Depro  
eam S. Ambrosius dicens: *Nihil tim*  
*quia non vident*: quamvis enim cred  
non tamen timent, quia non cogit  
non recordantur, non consider



oculumque fidei clausum gerunt, vel avertunt, toti in videndis tractandisque temporalibus absorpti: ita ut multi ne nomen quidem æternitatis audire sustineant.

*Commonitio & comminatio.*

**O** Peccatores obliviosi! cavete vobis ab hoc primo Diaboli prodromo, *oblivione*; eâ enim in animi penetrabile admiffâ; mox reliqui sequentur. Et tunc vœ vobis: *væ cæcis oculis, qui non vident,* clamat S. Augustinus Solil. c. 34. qui non cogitant non perpendunt æterna bona, & æterna mala! *Væ avertentibus oculos; ut non videant veritatem! Væ non avertentibus; ut videant vanitatem! Nequeunt enim oculi assueti tenebris, summæ veritatis radios intueri, & lucem æternitatis aspicere. Tenebras vident, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras, nesciunt, ubi corruant: cadunt apertis oculis & descendunt in infernum viventes.* Si hoc tibi contingeret, mi Lector, quod avertat Deus, tunc revera erit vœ tibi, vœ millies, vœ millies millies;



26 *Domus aternitatis. Consideratio*  
lies; væ in æternum: væ in æternum  
ultrà & adhuc. Væ in perpetuas æ-  
ternitates.

5. *Octobris.*

I. **P**rimum Diaboli prædromum, m  
sequitur secundus: *neglectus* scilicet  
cet *salutis aterna. Oblivio generat neg-*  
*gentiam. Oblivio præcedit; quæ ubiq;*  
ferè regnat. Circumspice mundum,  
stra Europam, Asiam, Africam, & Amer-  
cam, totq; fidelium & infidelium milli-  
nes intueret: attende ad eorù cogitationes,  
curas, actiones, sermones, quæstiones,  
studia ac negotia; & millenas in illis  
prehendes cogitationes, sermones, cura-  
de temporalibus, & vix unam de æ-  
ternis: *nimirum non est qui recogitet con-*  
Oblivio præit; & ponè sequitur  
ex oblivione negligentia, salutisque  
curia. Nam, deficiente æternitatis,  
pius cogitata, stimulo; animi vigor  
tescit; ingravescit tepor, contrahitur  
animus, exstinguitur spiritus, refrige-  
charitas, subtrahitur gratia, timor  
mini derelinquitur, peccandi licentia  
minatur.



II. Et quia ex corde excluditur æternitas, aut rarissimè admittitur; in phantasia humana nascitur vanitas, in memoria rerum inaniū turba & varietas; in intellectu caligo & cæcitas; in voluntate perversitas; in corde duplicitas; in ore falsitas; in opere malignitas; & in omni vita, licet negligente, tepida, vitiis-que referta, temeraria quædam securitas. Ex hac autem oritur, ut homines in peccatorum lethargo securè dormiant; in crepidine putei infernalis cæci ambulent, rideant, saltent; quia pericula non vident. Juxta præcipitium damnationis æternæ, oculis clausis ludant nec horreant; atque ita tanquam boves coronati, ad victimam, & ad Luciferi macellum ducantur, cum tubis & tympanis; & phreneticorum instar applaudant ac tripudiant. O securitas periculosa! O damnanda temeritas!

III. O quantò securiores hi essent: si oblivionem, tanquam multorum malorum fontem expellerent; & æternitatis memoriâ, ad strenuè, pro gloria Dei, laborandum sese excitarent. Quemad-



28 *Domus æternitatis. Consideratio*  
modum Barlaam Josaphatum Regem  
hâc parabolâ. Civitatem fuisse a Jebat  
in qua Rex, anno non nisi unico, regna-  
ret, quô elapso, nudus in exilium expul-  
leretur: quod advertens, quidam Rex  
sapiens, toto illo anno thesauros suos  
occultè in locum, in quem expellendus  
se sciebat, præmisit, quos postea expul-  
sus, cum gaudio invenit, ac fruituse est.  
Omnes in Domû æternitatis, quibus  
ni igitur, toto vitæ nostræ anno, bono-  
rum operum thesauros præmittimus  
quibus æternùm fruamur?

*Affectus compassionis.*

**O** Quanta est in mundo, æternitatis  
oblivio! quàm communis & ubi-  
que regnans, salutis negligentia! O quæ  
non tantæ multitudini cæcorum, igno-  
rantium, torpentium & negligentium  
timè compatiatur? Quis non cum Moyses  
se gemat ac deploret: *Gens absque co-  
gnatione est, & sine prudentia: utinam saperent  
& intelligerent, ac novissima providerent.*  
Deut. c. 32. 29. Quis non cum Doctore  
mellifluo optet & voveat, serm. de S.  
Petr.



Petro & Paulo: Utinam saperent, ut eternitatis imago reformaretur in eis! utinam saperent, ut presentia moderarentur per prudentiam; praterita per intelligentiam dijudicarent; & novissima providerent, ad cautelam! Quàm longè alia tunc in mundo esset rerum facies?

## 6. Octobris.

I. **T**ertius Diaboli prodromus, & æternitatis damnatæ prænuntius est concupiscentia: De negligentia, concupiscentia nascitur, ajebat Senex in Vitis PP. scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & concupiscentia honorum: quæ velut insatiabiles sanguisugæ, semper clamant, *affer, affer*: amplius, amplius. Et hæ concupiscentiæ mentem excæcant, sensum evertunt, ac divini judicii metum expellunt: ut de falsis Susannæ accusatoribus legitur: *Exarserunt in concupiscentiam ejus; & evertterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos; ut non viderent calum, neque recordarentur judiciorum justorum.* Daniel. c. 13 9. Unde uni illorum repro-



30 *Domus eternitatis. Consideratio*  
brabat Propheta : *Species deceptu*  
& *concupiscentia subvertit cor tuum*  
l. c. v. 56.

II. Ubi autem concupiscentia sub  
verterit cor, oculi fascinantur ; iudicium  
sensusque pervertuntur ; ut cœlum non  
videant , æterna supplicia non metuant  
sed cupiditatum suarum torrente abri  
pianur. Ideoque fascinati excæcati &  
abrepti bonum malum , & malum bo  
num statuunt ; contemnunt æstimanda  
æstimant contemnenda ; cœlestibus ter  
rena, æternis momentanea, spiritualibus  
carnalia anteponunt ; ac veluti stulti  
furiosi, *Palpant, sicut cæci parietem, & im  
pingunt in meridie , quasi in tenebris*  
Deut. c. 28. 29.

III. Ex concupiscentia denique se  
quitur lapsus in scelera, atque ex his rui  
na in tormenta æterna. Et totum hor  
origitur ex oblivione, seu defectu cogita  
tionis æternorum. Ideo lamentatur  
Propheta Jeremias c. 12. 11. *Desolatione*  
*desolata est omnis terra, Quamobrem ve  
rò ? Quia nullus est qui recogitet corde*  
Non est, qui recogitet minas Propheta  
rum,



rum, & pœnas æternas, ( ut exponit S. Hieronymus ) Non est, qui ponat super cor suum [ legit Hebræus ] Deum, Dei timorem, legem, illius iram, minas, plagas; ut earum metu resipiscat, Deumque sibi reconciliet. Hinc omnis terræ, seu totius mundi desolatio, & corruptio. Desolatio morum & innocentia; desolatio devotionis ac veræ pietatis; desolatio temperantiæ & justitiæ, virtutumque omnium & Christianæ perfectionis. Ex adverso autem, mendacii, furti, adulterii, ebrietatis, hæresis, omnisque iniquitatis inundatio atque abominatio invalescit: quam demum ultima abominatio desolationis, & desolatio abominationis in extremo iudicio, & in damnationis æternæ barathro excipit. *De concupiscentia corrumpit homo.*

*Petitio.*

**O** Oblivio & inconsideratio æternitatis, quanta mala parit! O Deus sempiternæ! adjuva me, ope potentis gratiæ tuæ; ut æternitatis mihi nun-

**B** s

quam



32 *Domus eternitatis. Consideratio*  
quam subrepat oblivio; ne ex oblivione  
negligentia; ex negligentia, concupiscentia;  
ex concupiscentia, pœna in gehenna, subsequatur  
sempiterna. Da ut æterna identidem cogitem,  
æterna rumorem, æterna sapiam, æterna æstimem,  
æterna cordi meo profundè imprimam.  
Da ut intelligam, quàm longa, quàm lata,  
quàm alta, quàm profunda sit æternitas!  
ut tristem hanc desolationem & abominationem  
feliciter evadam. *Oblivioni detur dextera mea, si non meminero tui*  
*ô Jerusalem beata! atque etiam tui, Babyloniam damnata!*  
Fac hoc quisquis hęc legis: *Si quis habet aures audiendi*  
*audiat. Marci c. 4. 23. Si quis habet mentis & consilii sani micam:*  
annos æternos in mente habeat, memoriâ teneat, intellectu  
perpendat, voluntate deligat; ne desolationem æternam,  
ideo incurrat, quia non recogitat corde.



CON



## CONSIDERATIO, III.

Impedimentum III. Salutis,

Pabulum ignis inextinguibilis.

*Stuppa collecta, synagoga peccantium: & consummatio illorum flamma ignis.*

Eccli. c. 21. 10.

7. Octobris.

I. **C**onsidera dicta Ecclesiastici verba: *Stuppa collecta, synagoga peccantium*. q. d. Putant potentes, & superbi, se esse insuperabiles, invictos, & quasi omnipotentes: at revera, omnis eorum synagoga, seu cœtus ac multitudo, fragilis est instar stuppæ collectæ: quemadmodum enim stuppa illico, ab igne vicino corripitur, conflagratque; & quo major est stuppæ copia, eò faciliùs, magisque inflammatur; ita pariter ignis vindictæ divinæ, facillimè corripiet & consumet omnes peccatores, eòque faciliùs, quò major eorum fuerit synagoga ac multitudo. hæc enim non est aliud, quàm *stuppa collecta*, seu fomentum ac pabulum ignis, iræ & indignationis di-

B 6

vinæ.



34 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*vinæ. Et consummatio illorum, flamma*  
*ignis. I. c. id est consumptio illorum, erit*  
*flamma ignis, seu ignis velut pabulum*  
*suum, contumet eos.*

II. Ignis autem ille, cujus peccatores  
& peccata pabulum sunt, est quintuplex.  
Primus est *ignis ira & indignationis Dei*  
Secundus *vindictæ*, quo Deus impios  
igne, id est peste, fame, gladio punit  
perdit in hac vita: ignis enim omnem  
acrem vindictam, ejusque instrumentum  
significat. Tertius est *ignis conflagra-*  
*tionis mundi*, quo Deus impios, cum eo-  
rum domibus, opibusque comburet.  
Quartus ignis est acerrimi *judicii divini*,  
quo Christus scrutabitur, damnabit, ac  
perceller improbos, in novissimo die,  
de quo Daniel. c. 7. 10. *Fluvius igneus*  
*rapidusque egrediebatur de ore ejus*  
Quintus est *ignis gehennæ*; hic enim est  
finis impiorum, perpetuum incendium  
perennis flamma ignis, quæ ex eorum  
corporibus, velut titionibus ardentibus  
ascendet in sæcula sæculorum. O flamma  
terribilis! O ignis inextinguibilis!

III. Verùm hîc multos tenet admira-

ratio



ratio; cur Deus, cujus misericordiae non est numerus, & bonitatis ac clementiae infinitus est thesaurus, peccatores, etiam ob unicam lethalem noxam, licet brevi tempore durantem, aeterno plectat igne. Sed mirari desinent, si & Dei offensi Majestatem, & hominis offendentis vilitatem, & ipsiusmet peccati gravitatem ineffabilem perpenderit. Consideremus primò offensam divinæ Majestatis. Quò persona offensa & læsa major, digniorque est; eò quoque gravior est offensa, offensæque malitia, ac debita malitiæ pœna. Gravis quippe offensa est, si lædas virum nobilem, gravior si Comitem, gravior si Principem, gravissima si Regem aut Imperatorem. Quanta igitur offensa erit divinæ Majestatis, supremæ, immensæ, infinitæ? Utrique quodammodo infinita: quia *Peccatum ex parte offensionis, est infinitum*, ut docet Doctor Angelicus. 1. 2. q. 87. a. 1. An non igitur pœnam quoque meretur infinitam? S. Bernardinus serm. 12. ait: *Damnati debent aeternum cruciari, ratione malitiæ, scilicet culpa, qua respectu Dei, qui offensus est, infinita dici potest.*



*Adhortatio.*

**O** Anima peccatrix! *Quasi à facie*  
*lubri, fuge peccatum.* Eccle. c. 2.  
 Ne rea evadas quintuplicis ignis, iræ  
 vindictæ Dei, judicii & Conflagrationis  
 atque gehennæ; sed vel maximè, ne re-  
 sis læsæ Majestatis divinæ. O qualis hæc  
 est offensa! offendantur mille Principes  
 mille Reges, Cæsares ac mundi totius  
 Monarchæ; quid sunt hi omnes in com-  
 paratione Dei? Pulvisculi, atomi: Er-  
 men coram illis timent proceres, pave-  
 nobiles, tremunt satellites, eorumque  
 offensam summè reformidant: & tu no-  
 vereberis, non pavebis, non trepidabis  
 ad offensam, infinitæ Majestatis? *Quis*  
*timebit te Rex gentium?* Jerem. c. 10. 7.

3. *Octobris.*

I. **C**onsiderato Numine offenso, ex-  
 minemus personam offendentem  
 nam quò hæc est vilior ac minor; eò  
 fensa, culpæque malitia major est & gra-  
 vior. Deum offendens, est homo. *Quis*  
 autem est homo? 1. Quoad corpus, e-



origine limus terræ, sine pulvis, medio  
 fœnum & flos agri, citò marcescens ac  
 decidens. Quid est homo? Vapor ad  
 modicum parens; velut umbra fugiens;  
 velut nosocomium morbis innumeris  
 scatens; velut infans innumeris pericu-  
 lis ac miseriis repletus; ex quibus, sine  
 Dei ope, eluctari, ipsi est impossibile.  
 Quid est homo? *Nihil aliud quàm sperma  
 fœtidum, saccus stercoreum, cibus ver-  
 mium, post hominem vermis, post vermem  
 factor & horror; sic in non hominem, ver-  
 titur omnis homo. S. Bern. med. 3.* Et ta-  
 men homo, tam vilis, tam fragilis, tam  
 miser, audet offendere Deum infinitæ  
 Majestatis. Potestne major excogitari  
 audacia? Et quânam pœnâ hæc est  
 plectenda?

II. Ulteriùs, dispice, quid est homo,  
 quoad animam? Anima ex origine sua  
 est nihilum; & Deo manum subtrahente,  
 reversura in nihilum: *Substantia mea  
 tanquam nihilum ante te. Psal. 38. 6.* Ani-  
 ma peccato originali infecta: absque  
 ope Dei, ad omnia est impotens, ad om-  
 ne malum propendens, passionum tu-  
 multi-



38. *Domus aternitatis. Consideratio*  
multibus agitata, ignorantia tenebris  
involuta, tentationum, hostiumque vi-  
bilitum & invisibilitum assultibus expo-  
ta: & cum tam sit misera, Deo pro-  
tionem subtrahente, millies magis mi-  
sera, peiorque esse potest: *Quoniam nu-  
lum peccatum est, quod unquam fecerit ho-  
mo, quod non possit facere alter homo.*  
*Creator desit, à quo factus est homo.*  
Aug. solil. c. 15. Ac proinde merito ca-  
mortuo, at foetenti, cadaverique vermi-  
bus secatenti assimilatur. Et tamen homo  
hic, tantis miseriis subjectus, tantis Di-  
beneficiis obrutus; tam auxilii divini vi-  
omnibus indigus; si superbiat, si ob-  
dientiam detrectet, si Conditori rebelle-  
quænam hæc est protervia? & quæ per-  
castiganda?

III. Perpende etiam; quid sit homo  
innumeris aliis rebus creatis comparatus.  
Quid est unus homo comparatus  
myriadibus hominum toto terrarum orbe  
be dispersonum? Quid est comparatus  
millionibus Angelorum & Archangelorum,  
omnes alias res creatas numero  
superantium? Quid est comparatus cum



ipso Deo? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo; & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei. Isaia c. 40. Et tanquam momentum statera, sic est orbis terrarum; & tanquam gutta roris antelucani, quae descendit in terram. Sap. c. 11. 23. Inter ex his, ô homo! Si totus terrarum orbis, Dei intuitu, est quasi gutta roris, & quasi nihilum; quid es tu? quotula gutta & nihili pars? Quae igitur mens capere potest, tibi homini tam exili, tantum inesse audaciae; ut Deum tuum offendere, illumque novis indies sceleribus ad iram, vindictamque provocare audeas? Et quænam inauditæ huic audaciæ debetur pœna? Nonne infinita, cum nulla finita par sit?

## Apostrophe.

**O** Homo miser, quoad corpus & animam! *Quid superbis terra & cinis?* Eccl. c. 10. 9. *O peccator! Cujus conceptio culpa, nasci pœna, labor vita, necesse mori.* S. Bern. med. 3. Cujus tam exilis respectu universi, est portio; ut atomus vix esse videatur; quid contra Altissimum  
stul-



40 *Domus aternitatis. Consideratio*  
stultè te erigis? *O testa de samis terra*  
*O vas fragile, quid faëtori tuo contradicis*  
Isaiæ c. 45. 9. *O caro putida, Regem*  
terrenum offendere times, qui potest  
corpus occidere; & post hæc non habet  
amplius, quid faciat? Deum verò, in  
mortalem, æternum, infinitum Regem  
sæculorum irritare non metuis, qui potest  
*corpus & animam perdere in gehennam*  
Judica tu ipse, an tanta, tamque incredi-  
bilis malitia ac protervia, temporali po-  
nâ sufficienter castigetur? Judica, an non  
perpetuis puniri incendiis mereatur?

9. *Octobris.*

**I.** **P**Erpendenda denique est, gravitas  
& pondus malitiæ, quod peccatum  
ab homine tam vili contra Majestatem  
Dei infinitam commisso, inest: ut patet  
clarius, quam pœnam promereatur.  
Peccatum lethale, est *contemptus divini*  
*Majestatis*: cujus mandatum vilipe-  
ditur; cujus prohibitio spernitur; cujus  
gratia & amicitia repudiatur, cujus  
inspiratio & invitatio abjicitur, & è con-  
trario, Diaboli hostis infensissimi, sugg-



stio, allectio, jussio, amicitia, ultro admittitur & acceptatur. 2. Est *contemptus omnipotentia Dei* infinitæ, omnibus creatis, dantis naturam & vires ad agendum; ad omnes actiones concurrentis, sine quo nec oculum, nec digitum movere valent: quanta ergo temeritas est, ipsius concursum & instrumenta, sive arma contra ipsummet convertere, utque ipsum oppugnare?

II. Peccatum lethale 3. Est *contemptus Bonitatis Dei* infinitæ, ab omnibus creatis amari dignissimæ, imò si fieri posset, amore infinito prosequendæ: & huic vilis, brevis ac foeda voluptas, lucrum tenue, & honoris umbra, à peccatore stultè præponitur: quanta malitia?

4. Est *contemptus sapientia Dei*, infinitæ, quæ despicitur, dum in ejus oculis & conspectu, nefas, absque omni verecundia & pudore patrat. Quænam potest major esse impudentia, quam Dominum suum præsentem, audientem & videntem, contemnere atque offendere? Et quanto supplicio ejusmodi impudentia afficietur?

III. At



III. At hîc nondum malitiæ finis: nam peccatum lethale est quoque *Contemptus Creatoris*, à quo animam, corpus, potentias, sensus & omnia membra adeptus est, quibus contra ipsum datorem insurgit. Est *contemptus Conservatoris*; sine cuius conservatione, nec momento possit durare. Est *contemptus Gubernatoris* sine cuius providentia, omnibus necessariis destitutus periret. Est *contemptus Dei Patris*, cuius imaginem in se decipit atque eradit. Est *Contemptus Christi Domini Redemptoris nostri*, cuius sanguinem pretiosum, passionem ac mortem despicit & pedibus conculcat. Est *contemptus Spiritûs Sancti*, cui fidei baptismum datam, frangit, ejusque gratiam ac dona abjicit. Heu quæ peccata finita, tantam malitiam dignè valet castigare? *Erubescant impii & deducantur in infernum. Psal. 30.*

*Affectus zeli.*

**O** Cæca gens mortalium! Hæc reddis Domino, popule stulte & impiens? Nunquid ipse est Pater tuus, &



possedit te, & fecit & creavit te? Deum  
 qui te genuit dereliquisti & oblitus es Do-  
 mini Creatoris tui: Deut. c. 32. O Juste  
 Judex criminum, an non tantum tui  
 contemptum, nequitiam & perfidiam  
 meritò suppliciiis sempiternis vindicas?  
 Ita sanè: nam usq; quo peccatores Domine,  
 gloriabuntur? Psal. 63. Et insultabunt  
 tibi? Deus meus, pone illos ut rotam, & si-  
 cut stipulam ante faciem venti. Psal. 82.  
 Deleantur de Libro viventium, & cum ju-  
 stis non scribantur. Psal. 68.

CONSIDERATIO IV.

Impedimentum IV. Salutis,

Ligna incendii infernalis.

*Nutrimenta ejus [ Topheth ] ignis & lig-  
 na multa: flatus Domini sicut torrens  
 sulphuris, succendens eam.*

Isaiæ c. 30.

10. Octobris.

**U**T nutrimenta Thopheth, seu ge-  
 hennæ, ignem & ligna subtraha-  
 mus; hoc est, ut Damnatorum incendio  
 æterno, à flatu divino succenso, mate-  
 riam,



44 *Domus aternitatis. Consideratio*  
riam, sive peccata tollamus; præter mo-  
tiva consideratione præcedenti addi-  
cta; hîc nonnulla addemus, quibus in-  
spectis, peccata lethalia, licet brevi tem-  
poris morâ, patrata, justè pœnâ æternâ  
mulctari perspiciemus. 1. Est defectus  
satisfactionis. 2. Mors spiritualis æter-  
næ. 3. Pondus & gravitas peccati.  
4. Macula & turpitude ejusdem. 5. Afflic-  
tus perpetuus peccantis. Erit quæ con-  
sideratio hæc frænum, ne in peccata mor-  
tiferâ labamur, quæ tanquam ligna  
dentia, in orco nos crucient & à  
Domini ac vindictæ spiritu, succende-  
tur, & sine fine in ardore conserventur.

II. Considera igitur primum fun-  
damentum pœnæ æternæ; quod est,  
*defectus satisfactionis*. Tanta enim, ta-  
que gravis est offensa & injuria in qua  
bet gravi delicto; ut peccator suis vi-  
bus, nunquam Deo queat satisfacere  
igitur semper manet, semper quæ puni-  
dum est. S. Thomas. 1.2. q. 87. a. 3.  
discurrit: Omne peccatum meretur  
niri, donec sufficiens pro eo exhibetur  
satisfactio: vel donec peccator repen-



ordinem, quem peccando violavit, convertendo se per Charitatem ad Deum, à quo se per peccatum avertit. Atqui Peccator; nullo unquam tempore, ex se, potest exhibere sufficientem satisfactionem; nec potest instaurare ordinem, quem violavit. Ergo meretur puniri pœnâ sempiternâ, O quis non horreat peccare?

III. Altera radix pœnæ æternæ peccatorum, est *mors spiritualis animæ*: peccator enim scelus committendo, mortem sibi infert spirituales; dum tollit Charitatem, quæ est vitæ spiritualis principium; eâque sublatâ, mera opera mortua, nihilque de condigno promerentia, exercet: deest namque vitæ radix gratia & charitas: teste Ezechiele Propheta: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. c. 18.* Atqui peccator propriis viribus, non potest sibi vitam animæ reddere; ergo manet perpetuò mortuus in inferno, ac proinde perpetuum, promeretur supplicium. O tremenda mors! ô fors luctuosa!

*Affectus*



**O** Miserae & lamentabiles Orci  
stimae! quam me vestri miseret!  
quam compatior vobis! compatior  
strae dementiae, quam contraxistis debi  
quam nunquam valetis reluere! Comp  
tior obligationi vestrae; quam Deo debe  
centum talenta, nec obolum unquam  
potestis solvere! Compatior vestrae  
niae, quam animam propriam vitam spiritua  
li spoliastis; quam in aeternum neque  
reddere! Compatior caecitati vestrae  
quam vos laesae Majestatis divinae reos  
stituitis, nec potestis unquam recon  
liari, & cum illa in gratiam redire  
quam doleo, quod nequeam vobis  
currere! O si vel sanguine meo, prop  
bis, possem justitiae divinae facere  
Cum vero id nequeam, quid  
Cum nequeam in vobis divinam  
care misericordiam; laudabo justitiam  
*Justitia tua (Deus) justitia in aeternum*  
Psal. 118. 142.

II. *Octobris.*

I. **T**ertia radix aternitatis poenae  
est grande onus peccati:



comparatur, cum talento plumbi Zachar.  
 c. 5. 7. ob gravitatem culpæ ac pœnæ,  
 quæ peccatores ita deprimat & oppri-  
 mit; ut sese erigere & ab ea eximere ne-  
 queant. Assimilatur quoque lapidi mo-  
 lari, quem Angelus magno impetu &  
 fragore dejecit in mare dicens: *Hoc im-*  
*petu mittetur Babylon, civitas illa magna,*  
*ac scelestâ] & ultra jam non invenietur.*  
 Apoc. c. 18. 21. mittetur in abyssum in-  
 ferni, unde nunquam emerget. Hoc  
 onus sensit David, quando suspirabat:  
*Iniquitates meæ, sicut onus grave, gravatæ*  
*sunt super me.* Plal. 37. 5. *Onus grave &*  
*gravans* ad ostendendam, molestissimam  
 culpæ & pœnæ gravitatem. Sic & Pro-  
 phetæ scelera populorum, sæpe onus  
 nuncupant: *Isaias c. 13. vocat Onus Ba-*  
*bylonis. c. 14. Onus Philisthim. c. 15.*  
*Onus Moab. c. 17. Onus Damasci. c. 19.*  
*Onus Egypti.*

II. Hoc autem onus iniquitatis, tan-  
 tæ est gravitatis; ut Deus justus illud non  
 sustineat; sed velut lapidem molarem in  
 profundum abyssi demergat: non susti-  
 net Cælum; sed Luciferum & spiritus

Pars IV.

C

re-



48 *Domus aternitatis. Consideratio*  
rebelles præcipitat in Tartarum. Non  
sustinet aër; sed in illud detonat, fulm  
nat, ac tempestates immittit: non sustin  
ignis; sed in illud, vim omnem & ac  
moniam exlerit. Non sustinet aqua;  
velut Jonam, absorbet: non sustinet  
lus; sed os suum aperit, & vivos deg  
tit. Solus sustinet Infernus, ubi, velut  
pis, in centro quiescit; estque omni  
Damnatis onus, grave, & gravans, &  
pra modum aggravatum; ita ut illi  
nullo unquam tempore, ab humer  
suis excutere valeant: unde sicut ill  
cum culpa perpetuò manet, ita & p  
na æternum perseverat. O pondus æ  
gravius!

III. *Quarta pœnæ sempiternæ ratio*  
est *peccati cujusvis lethalis macula ac*  
*bes; Maculata es, in iniquitate tua*  
*ram me. Jerem. c. 2. 22.* Hæc autem  
cula animam denigrat supra carbones  
maximè eam deturpat, redditque omni  
bus draconibus, bufonibus, colubris  
monstris magis horrendam ac fœditat  
inò ipsis Diabolis haud absimilaff.  
Tam verò macula hæc maligna est adiv



que inhærens ; ut nullius hominis lacry-  
 mis , nullis pœnis voluntariis , nullis  
 quantumvis multiplicatis orationibus,  
 jejniis & eleemosynis elui aut aboleri  
 valeat : sed ad hoc necessarium fuerit,  
 Filium Dei carnem assumere , tantaque  
 subire tormenta ; ut per eum condigna  
 justitiæ divinæ satisfactio exhiberetur.  
 Cùm igitur nullus damnatorum , macu-  
 lam suam abluere valeat , illa in perpe-  
 tuum manet, eumque Deo turpem, invi-  
 sum & abominabilem reddit: quid igitur  
 mirum , si supplicia quoque durent in  
 æternam?

*Colloquium.*

**O** Anima mea! bene apprehende hoc  
 pondus, quod instar plumbi, lapi-  
 disque molaris, gravat, opprimit, demer-  
 git in profundum abyssi ; nunquam sis  
 tam stolidus ; ut illud humeris tuis impo-  
 nas ; quia in inferno , illud excutere non  
 poteris in æternum. Cave quoque ne  
 tam horrendam peccati maculam tibi  
 affrices, quam tuis viribus, absque ope  
 divinæ gratiæ , in æternum non poteris



50 *Domus aternitatis. Consideratio*  
abstergere. Macera carnem ciliciis; ext  
nua jejuniis; cæde te usque ad sang  
nem flagellis, idque non centenis ann  
non centenis annorum millibus; sed  
numeris sæculorum millionibus; nu  
quam tamen, vel pro unico lethali crim  
ne, Deo satisfacere poteris. Ac proin  
in inferno, jure meritò æternùm ard  
quia semper inhæret peccati labes.  
Domine! In hac vita; *Amplius lava*  
*ab iniquitate mea*; ne ibi maculâ infig  
perpetuâ & pœnâ crucier sempiternâ

12. *Octobris.*

I. **Q**uinta pœnæ perennis in Infe  
radix est *affectus perversus* pe  
toris, semper perseverans; adeoque  
plicio perpetuo dignus: licet enim a  
peccaticitò transeat; voluntas tamen  
affectus peccantis semper manet: v  
enim, si fieri posset, in suavitate, & o  
ctatione, quam peccando percipit,  
per permanere: ideòque perversa  
voluntas rectè pœnâ castigatur æte  
Præclarè S. Gregorius: *Peccator*  
*sine fine vivere; ut posset sine fine pecc*



districtus autem iudex corda pensat & af-  
fectus, non facta: ad magnam ergo justi-  
tiam iudicantis pertinet; ut nunquam ca-  
reant supplicio, qui in hac vita, nunquam  
voluerunt carere peccato: & nullus detur  
iniquo terminus ultionis: qui quamdiu  
vixit, habere noluit terminum criminis.

L.4. Dial. c.44.

II. S. Gregorio ad stipulatur, S. Ber-  
nardus, asserens Peccatorem, iuste plecti  
pœnâ æternâ; ob inflexibilis & obstinata  
voluntatis malum. Quia peccatum quod  
breve fuit tempore, vel opere, longum esse  
constat in pertinaci voluntate; ita ut si  
nunquam moreretur, nunquam velle pec-  
care desineret; imò semper vivere vellet,  
ut semper peccare posset. Epist. 152. Co-  
gita igitur & expende, quanta sit hæc  
malitia; velle obstinatè persistere in pec-  
candi voluntate: est enim velle omnem  
vitam quantumvis longam, in offensa  
atque inimicitia Dei, traducere: est velle  
legitimi, supremique Regis ac Domini  
sui leges, perpetuò pessundare & con-  
culcare: est velle bonum infinitum vilis  
rei creatæ, perpetuò postponere: est velle

C 3

CON-



52 *Domus aternitatis. Consideratio*  
contra Creatorem ac Redemptorem  
suum, perpetuò rebellare. Et quid, ob  
cro, pœnæ, talem voluntatem mer  
eensebimus?

III. Hæc autem maligna & præp  
stera voluntas, quæ est in peccatore  
vente, permanet in moriente, perseve  
in ingrediente carcerem avernalem,  
côque durat totâ æternitate: est en  
obstinatus in malo, plenus Dei odio,  
bie ac desperatione concitatus. U  
verò quis Rex subditum, in actuali  
bellione perseverantem, in gratiam  
cipit? Quis Dux militem transfugam  
desertorem, in vexillo deserendo pe  
nacem, à suspendii pœna absolvit? Q  
Pater Filium, ob crimina enormia,  
reditate privatum, & in malitia pe  
stentem, juri ad hæreditatem restit  
Par est ratio damnatorum; semper  
rebellione, in desertione, in cri  
num dilectione & approbatione  
severantium: quis igitur, eos  
stissimè pœnis æternis addici, me  
verit?



## Colloquium.

Vides igitur peccator ; divinam justitiam , nullam Damnatis irrogare injuriam ; eorum peccata tormentis sempiternis puniendo. Vides peccata esse ligna illa , quæ in foco stygio materiam incendio perpetuo suggerant. Visne hæc incendia extinguere ? has flammæ sopire ? Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flammæ. Hoc est, seriâ pœnitentia, dele peccata, desere pravam pertinacemque peccandi consuetudinem ; vita occasiones , pravosque sodales : & ut verbo dicam : *Tanquam à conspectu serpentis fuge peccatum ; nam si accesseris mordebit te : dentes leonini, sunt dentes ipsius, interficientes animas hominum. Quasi romphaa bis acuta, hominis iniquitas, plaga illius non est sanitas. Eccli. c. 21. 2.* Non est sanitas, quia non est remedium, nec pharmacum mortui , nec emplastrum vulneri ; nec ligni illius cinis, nec incendii finis, nec ullus terminus damnatæ æternitatis , quia nullus est terminus obstinatæ in malo voluntatis.



## C O N S I D E R A T I O V.

Impedimentum V. Salutis,

Pericula aternitatis.

*Qui amat periculum, peribit in illo*  
Eccli. c. 3. 27.

13. Octobris.

I. **C**onsidera totum mundum iam  
meris scaterere salutis periculis  
enim, ut Deo revelante, conspexit S. Au-  
gustinus, plenus laqueis: unde clamabit  
*O Domine quis effugiet?* Effugiet hu-  
ilis, cautus, ac timens Deum: qui verum  
non pavet, non cavet, qui non cavet,  
queis capitur, & periculis, impedi-  
mentisque salutis irretitur. *Qui enim amat*  
*periculum, peribit in illo.* l. c. Qui amat  
periculum peccati lethalis, peccat  
lethaliter, ut docet D. Thomas, Sanctus  
Tom. 3. L. 2. disp. 45. n. 6. cum aliis Theo-  
logis. Rationem dat S. Augustinus  
16. de Civ. c. 19. *Qui non precaverit per-*  
*iculum, quod precavere potest, potius vent-*  
*Deum, quam speret in eo: quia Se nemo*  
*se, periculis offerre tam crebro potest:*

Quo



Octobris 13.

SS

Quem saepe transit casus, aliquando  
invenit. Seneca in Herc. fur.

II. Vita nostra est navigatio, quâ per  
mare hujus mundi ad portum æternita-  
tis, vela facimus. In hac navigatione, ut  
ait S. Chrylost. in Matth. *Habemus pro  
mari mundum, pro navi Ecclesiam, pro  
velo pœnitentiam, pro gubernaculo crucem,  
pro navarcho Christum, pro vento Spiritum  
Sanctum.* O quis in tali navigio  
sibi metuat? Et tamen, multis de causis,  
non de sunt pericula: ut quotidiana do-  
cet experientia. *Qui navigant mare e-  
narrant pericula ejus. Eccli. c. 43. 26. Pe-  
ricula hæc, ut loquitur Doctor mellifluus,  
probat transeuntium raritas, pereuntium  
multitudo: in mari Massiliæ de quatuor  
navibus non perit una: in mari hujus mun-  
di, de quatuor animabus vix evadit  
una.* In Ierm.

III. Verum unde tot pericula? Peri-  
cula ex navibus, pericula ex nautis, pe-  
ricula ex ventis contrariis, pericula ex  
scopulis, ex sirenibus aliisque multis. Et  
quidem Periculum I. *Ex navi, vel pes-  
forata, vel rimas agente, vel sentinâ a-*

C S

quis



56 *Domus aternitatis. Consideratio*  
quis repletâ. Cogita te esse navem, in qua  
si foramina ac fenestras, seu sensuum  
portas, oculos, aures, os, linguam, non  
bene custodieris, nec abnegaveris; *Mors*  
*intrat per fenestras*; uti & aqua peccato-  
rum impura; quâ haustâ, navis in pro-  
fundum mergitur. Si Eva in pomum ve-  
titum; David in Bethsabæam; Holofer-  
nes in Juditham; Samson in Dalilam  
Senes depravati, in Susannam, oculos  
non coniecissent; nunquam periissent.  
Igitur velis evadere periculum; atten-  
de tibi: unum foramen navi, unus sen-  
sus malè custoditus tibi, sufficit ad in-  
teritum.

*Admonitio.*

**V**ide igitur quid agas, ut pericula  
vadas, aternitatemque beatam,  
discrimen non adducas: qui amat per-  
iculum, perit in illo. Ac proinde si pe-  
riculum occurrit ex visu: *Averte oculos*  
*tuos ne videant vanitatem.* Si ex auditu  
*sepi aures tuas spinis, & linguam nequam*  
*noli audire*: si laquei tendantur à gustu  
tactu, odoratu, vince te, abnega te, occa-  
sione



fiones fuge, tutiora elige; neque in re tanta, omniumque rerum summa; qualis est æternitas, vel minimi periculi aleam subi. *Nulla satis magna securitas, ubi periclitatur æternitas.*

## 14. Octobris.

I. **C**onsideremus ulteriora navigationis nostræ pericula. II. *Periculum ex Navarcho.* Quare sollicitè attende, quis navem tuam gubernet; utrum Christus, an Mundus. Verùm unde id rescies? Tunc Christus cymbam tuam gubernat; quando navigatio tua, id est vita tua, conversatio tua, occupatio tua, ad leges & præcepta, ad mores & exempla Christi dirigitur. Tunc autem Mundus regit, quando vitæ tuæ cursus, ad leges, ad iussa, ad axiomata & exempla, mundi instituitur. Sed ô quàm dispari exitu & dissimili portu!

II. Periculum III. nascitur ex *Remigibus*: si nimirum remigent, quando cessandum est; aut cessant, quando remigandum est. Remiges nostri, affectus nostri, cupiditates nostræ, ac desideria



58 *Domus eternitatis. Consideratio*  
nostra sunt; quæ si bona, si pia, si spiri-  
tualia ac cœlestia sint, securo transi-  
tibus navis ad portum eternitatis beatæ de-  
currit: sin autem prava, vana, terrena &  
carnalia sint; nixem rectâ ducunt in  
profundum. Periculum IV. oritur ex  
*acu nautica*, quæ si stellam polarem non  
respiciat; sed vel ad orientem vel ad oc-  
cidentem se vertat; toto cælo aberrabis.  
Navigationis tuæ acus magnetica est in-  
tentio tua, quæ si non Deum ejusque  
gloriam ac beneplacitum; sed vanam  
laudem, propriam voluntatem, proprie-  
tatem que commoda respiciat, à scopo, à polo  
& à portu optato beatæ eternitatis, pe-  
nitus deflectis. Et quanto detrimento!

III. Periculum V. existit ex *instru-*  
*mentis* & armamentis, ex velis, remis, fun-  
dibus, armis: quæ si inepta, attrita, lace-  
rata, aut fracta fuerint; periculosa omni-  
no est navigatio. Instrumenta & arma  
tua, remi & vela sunt; scientia necessa-  
ria, virtus solida, qualis est temperantia,  
sobrietas, justitia, prudentia, fortitudo,  
patientia, obedientia, charitas, castitas  
ex quibus si vel una deficiat, de tota  
navi



navi actum est : quia verbi gratia , ubi non est temperantia ; ibi non est fortitudo, ut vitium vincat : non est prudentia, ut media ad finem adhibeat ; non est iustitia ; ut sibi , & cuique , quod suum est, tribuat ; atque idem est iudicium de aliis, una enim virtus moralis sine alia non subsistit.

*Monitum.*

**S**I itaque sapias, in periculosa adeò navigatione, quævis discrimina fugi ; ac securiora semper elige. In periculo vitæ temporalis, morbisque periculosis, Medicum peritiorum, tutiora pharmaca, media certiora eligis. In hoc magni momenti, Jurisconsultum celebriorem adhibes, in itineribus, terrâ marique, ducem viarum magis gnarum, tibi asciscis, ne aberres, aut in prædones, latronesve incidas : & vitæ æternæ pericula nihili duces ? Tam grande negotium, controversiam, de summa rei, seu beatæ ac damnatæ æternitatis, segniter tractabis ? In itinere tam longo, tam arduo, tam periculoso, minus tuta eliges ? Quænam,



60 *Domus aternitatis. Consideratio*  
obsecro in re tanta, potest esse satis  
na securitas? Si, ut censet Cardin  
Bellarminus, ex omnibus hominibus  
nicus solùm ignibus aternis addicere  
esset, omnibus tamen & singulis me  
timendum ac trepidandum foret!

15. *Octobris.*

I. **P**ericulum VI. Provenit ex def  
annonæ & com meatûs suffic  
tis: deficiente enim, dum navis in me  
vela facit oceano, aquâ dulci, pane  
cocto, aliisve vitæ necessariis: quid  
dira fames & nex ipsa præstolanda  
Annona nostra, in hujus vitæ nav  
tione est SS. Eucharistia, verbum Dei  
alia Sacramenta; quæ si vel non, vel  
nisi rarissimè usurpentur, an fan  
mortisq̃ue periculum abesse potest?  
quidem *non in solo pane vivit ho*  
*sed in omni verbo, quod procedit de ore*  
Matth. c. 4.

II. Periculum VII. Causatur à m  
cibus, quas in aternitatem nobiscum  
vehimus; ut inde in perpetuum vi  
mus. Quo igitur certi sumus pro a



futuro; attendendum est, ut merces nostra sint idoneæ & convenientes æternitati beatæ; sint sufficientes, sint opportuna ac grata; ne velut putidæ aut perditæ rejiciantur: Sint aurum, argentum, lapides pretiosi: non autem ligna, fœnum, stipula; id est devehamus nobiscum, opera bona ac virtutes, non opera mala ac vitia. VIII Periculum evenit à Sirenibus, cantu suo decipientibus: quales sunt Seductores & Seductrices; lenones & pellices, Scortatores & Meretrices, pravæ Societates, lascivæ cantiones, obscœni sermones, quæ naves innumeras mergunt in voraginem interitûs.

III. Periculum IX. causant Piratæ, & hostes nostri Cacodæmones. Ecce ait Augustinus in solil. c. 16. Hostis, tendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras variis implevit decipulis, ad capiendas animas nostras; laqueos posuit in divitiis, laqueos tetendit in paupertate: in cibo & potu, in somno & vigilia, in verbo & in opere, & in omni vita nostra: Sed tu Domine libera nos de laqueo



62 *Domus aternitatis. Consideratio  
laqueo venantium.* X. Periculum or  
tur ex scopulis variis; præsertim è Scylla  
& Charybdi. Scylla significat concu  
piscentiam oculorum: ad quam allidit  
tur scaphæ, avarorum, furum, inju  
litigantium, lites iniquè protelantium,  
damnum nunquam restituentium: qu  
*Non dimittitur peccatum, nisi restituat  
ablatum* S. Aug. ep. 54. ad Macedon. Ni  
minus periculum nascitur ex Charybdi  
concupiscentiæ carnis, ad quam inno  
meræ, fornicatorum, adulterorum  
mollium, sacrilegorum, & incestuos  
rum, naviculæ impingunt ac naufragi  
gium faciunt: quia in peccatis suis mori  
riuntur & sic portum æternitatis mali  
dictæ ingrediuntur.

*Admonitio.*

**O** Peccatores! ô pecuniarum & v  
luptatum turpium amatores! qu  
vestra est infania; ut cum sciatis vos qu  
tidie navigare celeri rapidaque celo  
ad æternitatem; tam parùm tamen v  
bis de annona & mercibus, ibi valit  
provideatis? Quæ phrenesis; ut dedi  
ope



operâ in sirenes, in piratas, in scopulos  
 impingatis? O perditæ! *potes hoc sub casu  
 ducere somnum?* mille periculis cinctus,  
 potes ridere? Vita tua à filo setaceo pen-  
 det: gladius æternitatis miseræ, velut  
 Damocli, capiti tuo imminet: cymbula  
 tua vix digitis duobus ab interitu distat,  
 jamque rimas agit, aquam haurit, &  
 mergi incipit: tu autem non trepidas,  
 non palles? imò jocularis, nugaris, & cho-  
 reas agis? Dum interim tota periclitatur  
 æternitas. Sæpe animo volve dictum  
 viri Venerabilis: *Minimum dubitationis  
 de salute aterna, debet homini esse pluris,  
 certissimo, ingentiq; rerum temporalium  
 lucro.* Vinc. Carraffa.

CONSIDERATIO VI.

Impedimentum VI. Salutis,

Stultitia in æstimatione æternitatis.

*O stulti & tardi corde ad credendum.*

Lucæ c. 24. 25.

16. Octobris.

**Q**uisquis ad æternitatem aspirat  
 beatam, æterna magni, tempo-  
 ralia



64 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ralia parvi æstimet, necesse est: qui enim  
contrarium præstiterit, næ is magno sa-  
lutis impedimento laborat, ac stultum  
se esse demonstrat. Ex illo enim erroneo  
judicio, sequitur erronea ac stulta actio  
& electio: ut nimirum rem creatam  
Creatori; terram cælo, diabolum Deo  
infernum Paradiso, peccatum sancti-  
tati, malum bono anteponat, quo quid  
stultius? quid erroneum magis? *Stultitia*  
*enim est, in factis, dictisque, per ignoran-*  
*tiam recti ac boni, erratio.* Lactantii  
L. 3. divin. Instit. qui error seu aberratio  
à iudicio & æstimatione perversa oritur.  
Verùm eheu! quantus horum stultorum,  
in mundo reperitur numerus? Verris-  
simè dixit Ecclesiastes c. 1. 15. *Stultorum*  
*in finitus est numerus* Hebræus legimus  
numerus maximus & innumerabilis.  
Qui tamen haberi volunt sapientes,  
sunt sed in terrenis, non in æternis:  
proinde illis quadret dictum Bacchi  
Pentheum Thracum Regem: *Sapienter*  
*es, præterquam in his, in quibus te oportet*  
*esse sapientem.*

II. Possumus autem triplicis generis



stultos distinguere: primi sunt amatores insani pecuniarum; secundi voluptatum, tertii honorum: ac de omnibus & singulis dixit Spiritus Sanctus, per os Davidis: *Simul insipiens & stultus peribunt.* Psal. 48. 10. Varii variè hunc verum exponunt: Euthymius & S. Hieronymus ait: *Stultus est, qui Deum non novit: insipiens, qui Deum quidem novit; terrenis tamen rebus affixus est; & à cœlestibus animum avocavit.* Et hujusmodi insipientes, an non sunt omnes avari nummorum amatores: lucra injusta, per fas & nefas accumulantes? Si pueri stulti censentur, qui pro fistula donant equum generosum: quantò stultiores sunt, qui pro auro, pro terræ gleba, cœli thesaurum infinitum vendunt, seque æternis orci flammis mancipant? Et quantus est horum stultorum numerus?

III. Lustra si placet aulas Regum, curias Judicum, Musea Jurisconsultorum, Cancellariorum, Consiliariorum, Senatorum, ac tabernas Mercatorum; & simul aspice, quot inter hos, Deum quidem noverint, terrenis tamen affixi, ab  
æter-



66 *Domus eternitatis. Consideratio*  
æternis animum avocârint : pro auro &  
gento que cœlum vendant , infernum  
coëmant. Quod si quis fatuorum horum  
uni alicui offerret omne aurum totius  
mundi , eâ lege , ut unius horæ spatii  
flammæ candelæ ardentis digitum infer-  
tum teneret , aut manu ferrum candentem  
gestaret , num pactum iniret ? Neque  
quam ais : ejusmodi enim dolorem susti-  
nere , impossibile est. Et rectè id quidem  
Interea tamen quot centeni , quot mille-  
ni , pro lucro temporali , pro domo qua-  
piam , pro horto , campo , prædio injustè  
acquiſito , se in barathrum flammarum  
æternarum deturbant ? ubi , illæ non di-  
gitum , duntaxat , aut manum ; sed ani-  
mam & corpus totum , horrendum  
modum depascentur in æternum. *Quid*  
quid censes ? Majorne excogitari vo-  
let amentia ?

*Monitum.*

**O** Avare Philargyre ! Et amato-  
mammonæ iniquitatis ! si stultitiam  
hanc probè agnoscis : vide , quæ & quan-  
ta insanix hujus portio te contingat.



Dispice num & tu in hoc morotrophio habites, atque in infinito illo stultorum numero comprehendaris: & si quidem ita sit: rumpe moras, abjice nolulas, exue pedicas, insanum pecuniæ amorem depone, pœnitentiam age, iniquè parva restitue, ac deinceps ab omni avaritia & injustitia cave: sic sapienter ages, declinabilisque stultitiam: Siquidem *Sapiens timet & declinat à malo; stultus autem transiit & confidit.* Proverb. c. 14. 16.

## 17. Octobris.

I. **C**onsidera, quòd, sicut pro pecunia, ita quoque pro honore vano, aut inani gloria, sibi opprobria accersere sempiterna, palmaris sit dementiæ. *Simul insipiens & stultus peribunt.* Psal. 48. 10. Hugo Cardinalis ait: *Insipiens est, qui non providet in futuro, nec futura mala cogitat; stultus qui etsi cogitat, non cavet.* O quot ejusmodi numerantur in mundo stulti; qui pro laude evanida, pro fumo honoris, perpetuâ sese maculant infamiæ notâ. Centurio, Decurio, Nobilis, imò & gregarius miles,  
cum



68 *Domus æternitatis. Consideratio*  
cum commilitone in certamen singulari  
descendit, ne honore excidat, ne pusill  
lanimis aut meticulosus audiat: congre  
ditur, vulneratur, occiditur in duello,  
in puncto ad inferna descendit. Dede  
cus temporale timet; dedecus æternum  
non reformidat; sed ut illud amoveat  
hoc sibi adsciscit. O quanta stultitia! *Stultus*  
*qui futura mala cogitat & non cavet.*

II. *Ærarii publici Præfectus, Quaestor*  
*Principis, Commissarius, ut vocantur*  
*militaris, injustè multa acquisivit aureo*  
*rum millia; ad vitæ metam adductus,*  
*conscientiæ Arbitro ad restitutionem*  
*urgetur: Non possum, ait, non possum*  
*quia notabor ignominiâ, patietur fami*  
*lia, ad incitas redigetur Conjux & Pro*  
*les dilecta. Moritur, & in puncto ad in*  
*ferna descendit; & brevem tempora*  
*neamque fugiens ignominiam, æternam*  
*coram Deo, Angelis & Dæmonibus in*  
*currit infamiam. O quæ vesania! Ideo*  
*accidit ingenti numero ambitiosorum*  
*qui licet indigni atque inepti, in officio*  
*tamen sive Ecclesiastica, sive sæculari*  
*fese ingerunt; & in apertum salutis æ*



ternæ discrimen se conjiciunt. *Inspiciens est qui futura mala non cogitat.*

III. Si hujusmodi ambitiosorum non-nemini offerretur Regnum Galliaë aut Hispaniaë, unâ cum omniejusdem jurisdictione, potestate ac honore; sed hâc conditione, ut triginta annis in molli lecto decumberet, absque eo, quod vel surgeret, vel ex uno in alterum latus se verteret: an conditionem acceptaret? Nulatenus inquis, foret enim id durum nimis, & moraliter impossibile. Optimè tu quidem: & tamen quot Domini, virique primarii, licet aliàs prudentes, vel ad declinandam Principis offensam, vel propter honorificum officium, vel propter beneficium Ecclesiasticum, dignitatemve simoniacè obtentam, vel propter dedecoris metum, respectumve humanum, summi Numinis offensam incurunt, & in lectum tartareum, prunis inextinguibilibus stratum sese conjiciunt, in quo summo cum opprobrio & dolore, cubabunt immoti totâ æternitate. Valétne magis enormis reperiri insania?  
*Stultus est qui etsi cogitat, non cavet.*

*Admo.*



*Admonitio.*

**O** Infani, & ambitionis impetu caeci. **M**  
 abrepti Amani! Quid est omni  
 mundanus honor, splendor, pompa  
 dignitas? Edicite id Cæsares, Augusti  
 Saules, Salomones, Reges, Principes  
 qui sicut Cedri in Libano super omni  
 exaltati fuistis; quid est honor omni  
 & splendor vester? *Umbra transitur*  
*tempus nostrum.* Sap. c. 2. Et omnis gl  
 ria nostra, transit velut fumus & um  
 bra. *Vidi impium superexaltatum* &  
*ut vatum sicut cedros Libani: Et transiit*  
*ecce non erat* & *quesivi eum* & non est  
*ventus locus ejus.* Psal. 36. 35. Sic even  
 omnibus ambitiosis ac superbis. *Tran*  
*sibit vita nostra, tanquam vestigium nubis*  
*& sicut nebula dissolvetur, qua fugata*  
*à radiis solis.* Sap. c. 2. v. 3. Et nomen  
 strum oblivionem accipiet per tempus  
 nemo memoriam habebit operum nos  
 rum. l. c. v. 4. Sic transit mundi gl  
 ria, & succedit in orco, confusio &  
 nomina æterna.



18. Octobris.

**N**on solum avari, & ambitiosi; filii hujus sæculi, sed carnalibus quoque voluptatibus dediti, incredibili laborant stultitiâ, nam libido sapientes etiam dementat; ut Salomonem, Samsonem, Davidem: amor enim est cæcus & amens: ideoque amantes facit amentes: uti cernimus juvenes, amore puellæ aut meretricis, & puellas amore juvenis alicujus captas, rationem cum judicio perdere, ac velut mentis impotes fieri, ex amore amentes. De his tribus peccatorum classibus verè dicitur: *simul insipiens & stultus peribunt.* l.c. In quæ verba S. Augustinus Tom. 9. c. 8. ait: *Insipiens est, qui non credit futura supplicia Reprobatorum esse æterna, & gaudia justorum esse perpetua; Stultus, qui licet credat; ista tamen evitare, hæc acquirere non allaborat.* Stultus est homo, qui pro pomo vendit paradisum: Stultus Rex Lyfimachus sitibundus, pro aquæ hauritu, dans regnum: stultus Esau pro vili lentis edulio, vendens primogenituræ

Pars IV.

D

ju-



72 *Domus eternitatis. Consideratio*  
jura : stultus, qui in celsa consistens tur  
ut oblato potiatur mellis favo , se  
turri præcipitat, membra collidit, me  
temque oppetit. At quanto major  
sania , pro gutta mellis obscenæ volu  
tatis, sese in tormentorum omnium ab  
sum deturbare ? *Stultus qui illa creditur*  
*evitare non satagit.*

II. Perpende quanta fuerit stultitia  
Trojanorum & Græcorum ; ob unum  
Menelai & Paridis stultos amores ,  
Helena adultera decennali bello con  
tendentium ; tolerari hoc fortè po  
faciliùs in Ethnicis : sed Christianos,  
Catholicos, sed in scholis timore Do  
ni probè imbutos, paulatim ad liber  
tem, cum ætate crescente , majorem  
clinantes, eò impudentiæ dicam  
amentia prolabi, ut visâ quâpiam co  
ptâ, venustaque Helenâ, dicere aude  
*Illæst digna peccato mortali !* quis  
horrore non audiat ? Itâne: Illa Hele  
illa esca vermium , illa mortis spolia  
latrina sordium, vas stercoreum, nive  
Etum fimetum : *illa digna est peccato mor*  
*tali ?* Ergo illa digna est ; ut Deum ,  
cæl



cælum, ut salutem æternam tu perdas? Ergo digna est, quam Deo & animæ tuæ & beatitudini perpetuæ præponas? Ergo digna est, propter quam in Tartari flammis æternum ardeas, æternum lugeas, æternam Majestatem divinam nunquam videas, sed eam in æternum blasphemes ac maledicas? O impudentes, ô stulti! quæ vos dementia cepit? Quæ vesania dementavit?

III. Ingens quoque stultitia extitit Mycerini Regis Ægypti, qui cum ex Urbe Bati oraculum accepisset, fore, ut sex omnino annos viveret; lucernas permultas conficiendas curavit; iisque per noctem accensis, voluptatibus, ac recreationibus suis indulgit, totusque in eo fuit, ut ex noctibus dies faceret, quod oraculi terminum prorogaret, atque ex annis senis duodenos efficeret Herod. L.

2. O quàm multi hodiedum reperiuntur Mycerini nepotes, noctes diesque potitando, helluando, saltando, turpibusque voluptatibus indulgendo, insu-  
mentes; ac de vita in æternum propaganda minimè cogitantes. Si ejusmodi



74 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Carnis, Veneritque mancipio quis offerret omnes mundi delicias & voluptates ab omnibus mortalibus unquam perceptas; sed hoc pacto; ut unicâ die, nocte, candenti æneo Phalaridis tauri includeretur; arrideretne contractum Minimè gentium: tanti enim pœnitentia nemo emeret: & tamen quot ejusmodi ganeones & smyindirides, ob brevem gulæ, carnisve voluptatem, in horridum infernalis incendii clibanum conjiciunt: ubi ignis nunquam exguitur; vermis nunquam moritur; dæmon natus nunquam liberatur. Darine test stultitia magis stupenda ac deperanda?

*Affectus admirationis.*

O Stulti & tardi corde ad credendum! Quis Sapiens vestram admiretur, & non stupeat insaniam? Hinc voluptas tam modica; inde tam grandis & enormis pœna? hinc tam breve lætium somnium; inde tam longum incendium? tam leve gaudium, grave supplicium ac tormentum?



gutta mellis, mare infinitum amaritudinis? O quàm demens, quàm vecors & stolidi commutatio! Si S. Gregorio iudice, *Viator stultus est, qui in via, prætèra amœna conspiciens, obliviscitur, quò tendebat.* Quàm insipiens erit, qui ob breve gaudium, cœlestem patriam, ad quam creatus est, obliviscitur, & aspernatur, ac supplicia nunquam finienda sibi accersit? O hebetudo! ô stultitia! ô fatuitas! *Stultitia importat hebetudinem sensûs spiritualis; fatuitas totalem ejus privationem.* D. Thom. 2. 2. q. 8. a. 6. quæ hîc apertè ostenditur.

CONSIDERATIO VII.

Impedimentum VII. Salutis,

Injustitia in Regibus & Magnatibus.

*Potentes potenter tormenta patientur.*

Sap. c. 6. 7.

19. Octobris.

I. **C**onsidera impedimentum præcipuum æternitatis beatæ, in Regibus, Principibus ac Magnatibus esse *avaritiam & injustitiam.* Ut hoc impe-

D 3

dimen-



76 *Domus aternitatis. Consideratio*  
diumentum removeant; unice colant  
stitiam: *Justitia autem est animi liber*  
*tribuens unicuique suam propriam dig*  
*catem, majori reverentiam, pari cono*  
*diam, minori disciplinam, Deo obedie*  
*tiam, sibi sanctimoniam, inimico patie*  
*tiam, egeno operosam misericordiam.*  
Ansel. L. cur Deus homo. Hanc de  
colit Rex, regnum ejus stabilitur.  
*stitia firmatur solium. Proverb. c.*  
12. Et omnia cum Rege in regno  
rent: ut præclare docet S. Cyprianus  
12. abusio. *Justitia, Regis, ait, pax po*  
*lorum, tutamen patria, immunitas ple*  
*munimentum gentis, temperies aëris, se*  
*nitas maris, terra fecunditas, solatio*  
*pauperum, hereditas filiorum & sibi me*  
*spes futura beatitudinis. O Regis & Re*  
ni talis, felicitas!

II. Quemadmodum justitia Regu  
est causa & origo omnis felicitatis  
prosperitatis temporalis atque atern  
salutis; sic avaritia & injustitia, ordinat  
ex superbia genita, causa est & radix  
felicitatis Regum & interitus Regu  
rum, tam temporalis, quam aterni.



fertè id fatetur Ecclesiasticus c. 10. 8.  
*Regnum à gente , ad gentem transfertur  
 propter injustitias , & injurias & contume-  
 lias & diversos dolos. O quot Reges ac  
 Regna , propriâ id experienciâ didicêre !  
 Persæ olim injuriis affecti ab Assyriis,  
 eosdem monarchiâ exuerunt : sic & Per-  
 sas spoliarunt Græci , ac Græcos Roma-  
 ni. Deinde Reges tyrannicè gubernan-  
 tes , impiosque foventes , justitiam vio-  
 lantes , atque ab aliis violari permitten-  
 tes , & sese & regna evertunt ; velut in  
 omnibus Regibus schismaticis Israel  
 patet ; à primo Rege Jeroboam , usque  
 ad ultimum Olee : ut Liber Regum quar-  
 tus enarrat. Ex quibus liquet , vindi-  
 ctam divinam , Regibus iniquis ac Reg-  
 nis eorum , in hac vita , pœnam infligere  
 temporalem , scilicet eorundem transla-  
 tionem. *Regna transferuntur propter in-  
 justitias. l. c.**

III. Nec tantùm Regum , Regnorum-  
 que injustitia , pœnâ mulctatur tempora-  
 li ; verùm etiam æternâ : *Quia radix  
 omnium malorum est cupiditas. Eccli. c. 10.  
 Nam qui volunt divites fieri , incidunt*



78 *Domus eternitatis. Consideratio  
in tentationem & in laqueum Diaboli  
desideria multa inutilia ( atque injusta  
qua mergunt hominem in interitum & per-  
ditionem, 1. Tim. c. 6. De iisdem iniquis  
& avaris divitibus interrogat Prophe-  
ta Baruch, c. 3. 19. Ubi sunt, qui argen-  
tum thesaurizant, in quo confidunt homi-  
nes? Exterminati sunt & ad inferos de-  
cenderunt. Vidésne igitur, injustis po-  
enam infligi sempiternam? Idque in  
personarum acceptione: Non enim  
personarum acceptio apud Dominum  
Rom. c. 2. 11. Non est apud Deum  
distinctio Regis & subditi; Reginae &  
dissequæ, Domini & servi, Ducis &  
militis, divitis & pauperis: nam idem  
Dominus omnium, ut loquitur Apostolus  
I. c. Idem Judex & Vindex criminan-  
tium; idem Rex Regum, & Dominus Domi-  
nantium; qui omnes iniquos æquè ac-  
tione discrimine in Damnationis æter-  
næ barathrū præcipitat. Non enim subter-  
personam cujusquam Deus, qui est omnium  
Dominator, nec verebitur magnitudinem  
cujusquam: quoniam pusillum & magnus  
ipse judicat, & æqualiter est illi cura de om-  
nibus. Sap. c. 6, 8.*



## Monita.

**Q**Uare ô Reges, Principes, Magnates!  
colite justitiam, & florebit reg-  
na vestra, & vos referetis æterna præ-  
mia. Odite malum, injustitiam, & ava-  
ritiam, & evadetis pœnam tempora-  
neam & æternam. Audite Regum duo-  
rum justorum, salutaria monita: 1. Re-  
gis Davidis psal. 2. 10. *Et nunc Reges in-  
telligite, erudimini, qui judicatis terram:  
servite Domino in timore: & exultate ei  
cum tremore, apprehendite disciplinam, ne  
quando irascatur Dominus, & pereatis de  
via justa.* 2. Regis Josaphati 2. Paral. c.  
19. *Videte (Reges & Judices populi)  
quid faciatis; non enim hominum exerce-  
tis iudicium; sed Domini; & quodcunque  
iudicaveritis, in vos redundabit: sit timor  
Domini vobiscum, & cum diligentia cun-  
cta facite: non enim est apud Dominum  
iniquitas, nec personarum acceptio, nec  
cupido munerum.*

20. Octobris.

**I.** **C**ONsidera Reges ac potentes, non  
solum ob injustitiam, avaritiam,  
D s Super-



80 *Domus aternitatis. Consideratio*  
superbiam, aliaque scelera, simplicitate  
puniri; sed etiam longè gravius aliis  
scriptum est enim: *Potentes potenter tor-*  
*menta patientur.* l.c. Quamobrem verò  
Ratio I. est quia Rex est viva Dei in ter-  
ris imago; quem potentiâ, fortitudine,  
honore, splendore ac Majestate refertur  
ac proinde si divinum prototypon suum  
vitæ & virtutum ac regiminis similitu-  
dine exprimat, summo Deum honore  
afficit; quod si verò ab ejus similitudi-  
ne deflectat, maximâ eum ignominia  
dedecorat.

II. *Potentes potenter tormenta patientur.* II. Quia Regno & subditis injus-  
tiâ, avaritiâ, luxuriâ, ingens scandalum  
præbent, dum eos ad imitandum scelus  
ra, alliciunt. *Regis ad exemplum totus com-*  
*ponitur orbis.* Quemadmodum igitur  
Reges pietate ac justitiâ præditi, viduas  
& pupillos defendentes, Dei cultum  
honorem promoventes, veluti Solis Regum  
publicæ, virtutum splendore omnibus  
prælorent, & exemplo suo ad imitatio-  
nem pertrahunt, ut in S. Henrico, S. Le-  
dovico, S. Eduardo, aliisque Regibus  
santis



sanctis patet: ita Reges impii, iniqui, & potentiam suam ad opprimendos, emungendosque subditos, abutentes, scandalum præbent; ad vitiorum sequelam pertrahunt; ideoque pœnis horrendis merito addicuntur. *Quoniam iudicium durissimum, his, qui præsumunt, fiet. Sap. c. 6. 6.*

III. *Potentes potenter tormenta patientur.* III. Quia ejusmodi Reges, palam & in oculis totius Regni, iniustitiæ, avaritiæ, aliorumque vitiorum exempla præbentes; sceleribus verecundiam ac pudorem detrahunt, efficiuntque, ut in publicas exundent vias: Clamat enim populus cum Poëta ethnico, ad Deorum scelera alludente: *Quod divos decuit, cur mihi turpe putem?* Sicut enim sub piis justisque Regibus, iniustitia & impietas è regno exulat; justitia & pietas regnat, pax, concordia, commercii, opes ac prosperitas floret; Deo omnia in bonum dirigente, ditante, ac prosperitatem conferente: ut duodecim leones ex auro elaborati, solium Salomonis gradatim sustentantes, tanquam totidem fortitudinis ac robustæ justitiæ, vindictæ-



82 *Domus eternitatis. Consideratio*  
que adumbrant symbola : Sic sub Re-  
gibus impiis & injustis, injustitia in infe-  
rioribus iudicibus ac ministris regnat, &  
universale damnum Reipublicæ infer-  
tur: dum injusta iudicia, edicta, leges, de-  
creta, sententiæ, damna inferunt, non  
ni, sed plurimis tum corpori, tum ani-  
mæ, tum facultatibus.

*Affectus timoris.*

**T**Imere igitur ô Reges ac Principe  
Dominum! atque ut timeatis, cre-  
bro cogitate & perpendite dictum Apo-  
stoli Hebr. c. 10. 35. *Horrendum est*  
*edere in manus Dei viventis.* Horrendum  
est Dei imaginem dehonestare: horren-  
dum est, toti regno scandalum præbere  
horrendum est sceleribus erubescentiam  
adimere, atque ita iis fræna passim laxa-  
re: sed maximè horrendum est, propterea  
in manus vindices, Dei viventis & ful-  
minantis, ac potentes potenter vehe-  
menterque castigantis devolvi: Quare  
auscultate. ac rôama Salomonis: *Audite*  
*Reges; quoniã data est à Domino potestas vo-*  
*bis, & virtus ab Altissimo; qui interrogabit*  
*opera*



opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam non rectè judicastis, nec custodistis legem justitiae: neque secundum voluntatem Dei ambulastis: horrendè & citò apparebit vobis: quoniam judicium durissimum his, qui praesunt. fiet. Sap. c. 6. 4.

## 21. Octobris.

I. Potentes potenter tormenta patientur.

IV. Propter maximam illorum ingratitude: Deus enim illos super omnes exaltat; honoribus, divitiis, ac deliciis cumulat; unde Samuel ad Saulem mox evehendum ad sceptrum, aiebat: Cujus erunt optima quæque Israel, nisi tibi & omni Domui Patris tui? 1. Reg. c. 9. 20. At illi vicissim Dei mandata spernunt, cupiditatibus suis indulgent, subditos injustè oppriment, tributis & oneribus gravant, justitiam non administrant, atque ita criminibus suis Deum gravissimè offendunt; ut meritò illis oggeri queat, quod Davidi objecit, Dei nomine, Nathan: L. 2. Reg. c. 12. 7. Ego unxi te Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi Domum Domini tui &c.



84 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*dedique tibi Domum Israel & Juda,* Tar  
*parva sunt ista, adjiciam tibi multo pro*  
*jora; quare ergo contempsisti verbum* mo  
*mini, ut faceres malum in conspectu* ria  
*Nec defuit pœna ingratitude: Quam* ran  
*obrem non recedet gladius de domo tua,* ner  
*que in sempiternum. i. c.* dia

II. *Potentes potenter tormenta pati* pu  
*zur. V. ob majorem malitiam & licen* der  
*tiam. Exiguo, ait Sapiens c. 6. 7. Con* ni  
*tur misericordia [ id est pauperi, plebe* infe  
*privato, sæpe vel ex timore vel ex*  
*cessitate ad peccandum adigi solito,* con  
*nuſque alios suo peccato lædenti,* reli  
*liùs venia indulgetur ] potentes autem* ob  
*tenter tormenta patientur,* tum quia inj  
*jore libertate peccant, magis que scan* de  
*lizant: maculæ enim in stellis non* bus  
*notantur: in sole eclipses notantur* bus  
*omnibus. Tum denique quia plura* lum  
*cepere à Deo dona; Cui enim plus* styg  
*est, plus requiretur ab eo. Quo* au  
*supplicio punientur? non brevi* He  
*pœnâ, quâ ipsi alios afficiunt, sed* id  
*perpetuâ, aliisque tormentis diris* tra  
*quisitis. O quis stupor & horror* tier



Tartaro occupabit, quando obtinebunt  
 pro honore contemptum, pro gaudiis  
 mœrorem, pro divitiis extremam penu-  
 riam, pro molli lecto carbonum ignito-  
 ram congeriem; pro Imperio subjectionem,  
 pro throno rogam, pro sceptro ac  
 diademate serpentes & bufones, pro  
 purpura, flammam, pro chlamyde diploio-  
 & licet confutionis & dedecoris sempiter-  
 ni? O tristis catastrophe! O extremum  
 infelicitatis & miseriae!

III. Exempla desideratis? Aspicite  
 coronata olim capita: & hæc inter præ-  
 reliquis Pharaonem, Deo rebellem &  
 obluentem, populumque Israëliticum  
 injustè vexantem atque opprimentem:  
 ideoque non solum denis plagis atroci-  
 bus afflictum; verum etiam cum Ducibus  
 ac copiis suis, in mari rubro submer-  
 sum. Exodi. c. 7. deinde in profundum  
 stygis demersum, & sepultum. Aspicite  
 Regem Antiochum post templum ac  
 Hierosolymam spoliata & destructa; post  
 idololatriam inveciam, aliâque mala pa-  
 trata, præ tristitia ac desperatione mo-  
 rientem, atque ad inferos descendentem.

Aspi-



86 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
Aspicite Jeroboam, Achaz aliosque  
justos impiosque Israelis Reges, in  
ribus suis mortuos, Orcoque transla-  
tos. Aspicite Nerones, Domitianos  
Diocletianos aliosque Christianorum  
Tyrannos & persecutores; ac Martyrum  
innumerabilium interfectores; in  
omnes divina Nemesis tanquam in-  
tentes, potenter animadvertit, flammis  
que tartareis æternum mancipavit.  
Igitur; *Potentes potenter tormen-  
ta patientur.*

*Monita.*

**D**iscite ergo, ô Reges, Principes  
potentes, justitiam diligere, injus-  
tiam odisse, Deo gratum semper animo  
exhibere; ingritudinem fugere: scelerata  
dala tollere, non præbere; impietatem  
avaritiam, reliquàmque vitiorum pestem  
abolere; non plantare. Discite Reges  
Regi fideliter ac demissè servire; cui  
vire regnare est. *Discite justitiam  
niti & non temnere Divos!* doceant  
gum tam severè punitorum exempla  
faciant aliena pericula cautos. Discite  
denique subesse & obedire, non resistere.



ant repugnare Supremo cœli terræque  
 Monarchæ Terribili, & ei qui aufert spi-  
 ritum Principum : terribili apud Reges  
 terra. Psal. 75. Qui, ut ait S. Chryosto-  
 mus in serm. contra gul. tom. 5. Horrenda  
 post mortem supplicia infligit : perpetuos  
 carceres, tenebras exteriores, vermes illos  
 venenatos, dentium stridorem, pressuras,  
 angustias, ignis fluenta & caminos inex-  
 tinguibiles.

### CONSIDERATIO VIII.

Impedimentum VIII. Æternæ salutis,

Superbia in personis illustribus ac no-  
 bilibus.

*Generatio cuius excelsi sunt oculi, & pal-  
 pebra ejus in alta surrecta. Pro-  
 verb. c. 30. 13.*

22. Octobris.

**C**ONsidera Nobilitatem, præclarum  
 apud Nationem germanicam ci-  
 melium, sicut alios status, sua quoque  
 habere salutis impedimenta, non qui-  
 dem ex se necessario; sed ex occasione:  
 Quid enim est nobilitas? Secundum Ari-  
 store-



88 *Domus eternitatis. Consideratio*  
stotelem est *quedam majorum clarior*  
L. 2. Rhetor. Sive juxta Boëtium  
prof. 6. de consol. Phil. *Est quedam*  
*veniens ex meritis parentum.* Bartol.  
in l. 3. c. de crim. sacril. ait : *Nobilitas*  
*apud nos inventa est ad similitudinem illius*  
*qua est apud Deum. Ille apud Deum nobilis*  
*est, quem Deus suâ gratiâ sibi gratum*  
*facit : ita in foro civili nobilis est, quem*  
*Princeps suâ gratiâ gratum sibi* & *nobilis*  
*facit : dubitare autem an dignus sit, quem*  
*Princeps elegit, sacrilegii instar est.* Ex  
patet nobilitatem ex se non præbere  
pedimenta salutis.

II. Imò potius nobilitatem ad virtutes  
heroicas, stimulum addere. Testatur  
id 1. Jurisconsultorum Corypheus  
Baldus in Tit. 3. Instit. de jure per  
ubi scribit : *Credere debemus, clarioribus*  
*tales plerumque tribuere majores ad virtutem*  
*impetus : & in familiis heroicis,*  
*praclariorum esse, quam in reliqua*  
*tudine : habet enim nobilitas sanguinis*  
*generis, adjunctam plerumque nobilitatem*  
*mentis ; estque magnus ad virtutem stimulus,*  
*majorum virtus, ne quis ab illa*



neret. Tales ad virtutem, perfectionemque stimulos sensere viri profapia nobiles, illustresque: Sancti Dominicus, Thomas Aquinas, Carolus Borromæus, Ignatius, Xaverius, Borgias, Aloysius, Stanislaus, & alii sexcenti.

III. Testati 2. idem sunt nostro ævo, nobilitate sanguinis, tam in religione, quam in sæculo, illustres. Occurrit 1. Venerabilis P. Mauritius de Büren, ex illustrissimo Dynastarum Bürensi stemmate ortus, familiæ ultimus, duorum Collegiorum seu domuum Societatis Jesu munificus Fundator, scilicet Büranæ & hujus Geistanae, [in qua hæc exaramus] quos autem stimulos virtutum ille non sensit, præsertim ad animi demissionem; quam in corde altè defixerat, & opere demonstravit, relictis suis dominiis, humilem vitam religiosam amplectendo, in eaque pavementum scopis verrendo, accumbentium mensæ pedes osculando, coquo in culina serviendo, aquam putidam è sentina exhauriendo, vilibus cibus & attritis vestibus acquiescendo &c. Testis alter est Præ-

nobi-



90 *Domus aternitatis. Consideratio*  
nobilis ac generosus D. Joannes A  
mus à Klencke, cui Anno 1679. 26. N  
piè morienti adstitimus. Quos stim  
virtutum & ille non sensit? præler  
humilitatis: quæ in verbis, in morib  
in Domo, in cultu corporis, in omni  
gestis elucebat: eleemosynas manu  
pauperibus erogabat, etiam è mensa  
gens: abiens à Conscientiæ arbitro  
xis humi genibus, benedictionem fl  
tabat: manè ab hora 3. ad 1. pomer  
nam ( idque 16. annorum spatio )  
tioni infumebat, decem omnino h  
aut flectens, aut stans, aut majore ex  
te in faciem procumbens, & humi  
stratus; asserens, orantem instar ver  
culi coram suprema Dei Majestate, o  
tere sese curvare atque inflectere  
Ex quibus, aliisque patet, nobilit  
generis ex se non salutis impedit  
ta; sed potiùs stimulos & adjun  
præbere.

*Admonitio.*

**A** Gite igitur, ô Domini, Domini  
domicellæ illustres ac nobiles  
ritas generis stimulos vobis addat,



ad vitia, non ad superbiam, non ad avaritiam, luxuriam, inanem gloriam, otium, sed ad omnigenas virtutes, præcipuè ad animi demissionem: *Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Eccli. c. 3. 20. Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. ibid.*

## 23. Octobris.

I. **C**onsidera: quamvis stemmatis splendor ex se non generet vitia; solet tamen non rarò, ex sublimitate, honore, opulentia Illustrium Personarum oriri fastus aliquis, arrogantia ac superbia; quæ est comes, vel potiùs ut loquitur S. Fulgentius L. 1. epist. 86. est *Fomes nobilitatis*: quod confirmat S. Ambrosius, dicens: *Multos elatos fecere divitiæ; nobilitas & potestas superbos. Serm. 127. de temp.* Hunc igitur fomitem ut extinguant, salutisque impedimentium removeant personæ illustres I. Studeant humilitati internæ, sive cordis: neque ob generis nobilitatem in corde suo sese extollant. *Quia, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.*

II. Ne



II. Ne autem ob familiae antiquitatem, decusque, in animo se efferant cogitent I. Quam fluxa res ista sit: enim Regum, Principum, Comitum, Baronum familiae illustres, instar cerea fluxerunt, ita ut, nec memoria illarum amplius extet, nisi forte in rudericium, aut lapidibus sepulchrorum Cogitent, quanta sit vanitas se ob virtutem, sapientiam, scientiam, fortitudinemque majorum suorum extollentium, cum ipsi fortassis trunci sint & imbecillitate virtutibusque hisce careant: & magis probi Majores condemnent ignorantiam malitiae Nepotes. 3. Cogitent Platonis: neminem Regem [ & nobilitatem non ex servis; & neminem servum, ex Regibus oriundum. 4. Cogitent quod primus omnium Pater in terra regnarit: & primus omnium Pater coelestis ab aeterno regnarit, & quod ab utroque cum omni hominum genere procedentibus quid igitur nobilitate inflantur?

III. Quare nullatenus cum Lucio super levem nobilitatis nubem alantur, putentque se non esse sicut ceteri



homines, aut se ex alio luto, argillave meliore formatos; ideoque non plus sibi, quam aliis licere autument; majorem libertatem sibi non arrogant: nobiles quibusdam privilegiis gaudere non existiment: eos eximi quodammodo à divinis legibus, ac peccatorum suppliciis: eorum peccata à Deo vel dissimulari, vel saltem non adeò rigidè plecti sibi non persuadeant; eos à jejunii præceptis excipi; juramenta, duella, vindictam, aliaque carnalia peccata eis licita aut permissa nequaquam arbitrentur.

*Monitum.*

**A**bsit, absit à vobis, ô Domini, Dominæque illustres, tam cæca persuasio! cavete ne ejusmodi, inanis arrogantia vos fallat: Deus non respicit personam hominum: quod requirit ab ignobili, requirit quoque ab illustri, Leges ejus communes omnibus sunt, atque universales, omnes enim obligant. Justitia Divina æqualiter in omnes animadvertit: qui nec Lucifero, nec Angelis ejus apostaticis pepercit; sed ob unicum pec-

pec-



94 *Domus eternitatis. Consideratio*  
peccatum nobiles illos spiritus rudes  
*bus cœli detractos, in Tartarum trad*  
*cruciandos. Si hoc Angelis, spiritibus*  
cœlestibus: quid fiet vasis luteis terra ex  
que vermiculis? cœl  
null

24. *Octobris.*

I. **S**Ublatâ, extirpatâque è corde, e  
tione sui, quæ est impedimento est;  
præcipuum salutis, in Nobilibus: tum  
pugnandum est & alterum obstaculo dur  
scilicet *contemptus aliorum*, quos præ virt  
facilè despiciunt: veluti faciunt ap allu  
Indos tumidi Brachmanes & Naires rer  
si fortè à plebejo tangantur; mox im plen  
dentiaæ pœnam exigunt, & aut fuste ser  
gladio mulctant: imò nec cum vulg les  
homine loqui aut vesci dignantur. Qui  
rius l. i. de gest. *Animus amans su* bilit  
*contemptor aliorum*, ut inquit Sallust pue  
in Jugurthino, *ferè commune nobilit* eis  
*malum est.* Sed quid remedii? Cogit in  
omnes homines esse 1. pares in mo mi  
*Omnes morimur* & quasi aqua dilabi on  
*in terram, omnes in cinerem ac pulve* in  
*revertimur.* 2. Omnes esse æqual cre  
P



divino iudicio : *Stabimus omnes ante tribunal Christi.* Quando nullo habito dignitatis respectu dicetur : *Ecce homo & opera eius.* 3. Omnes erimus similes sive in cœlesti gloria , sive in gehennæ pœna : nulla utrobique stemmatis habetur ratio. Quid igitur proximum despiciamus ?

II. Tertium salutis impedimentum est ; solo nobilitatis ornamento contentum esse ; vitiorum , quæ ignobiles reddunt animas , abnegationem , negligere ; virtutum Christianarum , quæ animas illustrent , curam nullam aut exiguam gerere. *Nobilitas carnis* , ait S. Gregorius , *plerumque parit ignobilitatem mentis , dum servit vitiis , & peccatis , quæ reddunt viles & ignobiles.* In *Dialog.* Ille clarus , inquit S. Chrysostomus in *Matth.* ille nobilis , ille tunc integram nobilitatem suam perdet , si dedignabitur servire vitiis , & ab eis non superetur. Superatur autem , qui in omnibus statum suum excedit nimiam in curribus & equis , in vestibus & ornamentis , in famulis & famulabus , in palatiis & arcibus , in conviviis & recreationibus abundantia , unde in immensum



96 *Domus aternitatis. Consideratio*  
sum excrescūt debita: & nutriuntur vob

III. Certò itaque sibi persuadeant  
lustri loco nati, nobilitatem generis  
lam, absque virtutibus Christianis,  
æstimetur à mundo, apud Deum &  
gelos nullius esse momenti: virtutem  
rò, ceu nobilitatis veræ Character  
æstimari unicè. Unde S. Hieronymus  
ait Epist. 14. *Summa nobilitas est claritas  
esse virtutibus.* Et S. Chrysostronus locu  
lud Matthæi c. 4. Patrem habemus Abon  
ham, interrogat: *Quid enim proderit  
quem sordidant mores, generatio  
Et quid illi nocet generatio vilis, quem  
res adornant? Ipse enim se vacuum  
nibus bonis ostendit, qui gloriatur  
tribus. Quid profuit Cham, quod  
lius Noe? Quid Timotheo obfuit  
fuerit ex Patre gentili? Aut quid  
Abraha, quòd Patrem habuerit Tho  
luteorum Deorum cultorem? Non  
positus est in caput fidelium, ut jam non  
retur Filius peccatorum, sed Pater Sancti*

*Adhortatio.*

**Q**Uare, ô animæ illustres! Non  
vos fastuosè efferre, aut alios



vobis despiceret: sed humiliamini sub po-  
 tenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore  
 visitationis. 1. Petri 5. 6. Et nobilita-  
 tem virtutis, generis claritati anteponi-  
 te; aut potius utramque conjungite; Nu-  
 merare enim avos & ceras, majorumque  
 virtutes, & ab eorum moribus degene-  
 rare, maxima vanitas est ac stultitia:  
 tanquam si cæcus gloriaretur, de bene-  
 oculatis parentibus. Nolite sanguinem  
 bonum, malâ vitâ maculare: sed vivite  
 æternitati, virtute propriâ, non alienâ;  
 veritate, non vanitate; fumi instar eva-  
 nescente, ne in vos cadat maledictio illa.  
 Sicut deficit fumus, sic deficient; & sicut fluit  
 cera, à facie ignis, sic pereant peccatores  
 quantumvis nobiles] à facie Dei. Pl. 67. 3.

CONSIDERATIO IX.

Impedimentum IX. Æternæ salutis,  
 Negligens cura animarum in Præ-  
 sulibus.

Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro  
 animabus vestris reddituri. Hebr. c. 13. 17.

25. Octobris.

Considera Pontificibus, Archiepis-  
 copis, Episcopis, Decanis, Archi-  
 E 2 diaco-



98 *Domus aternitatis. Consideratio*  
diaconis, Pastoribus, Sacellanis, un  
Religiosorum Prælati ac Superiorib  
cunctisque curam animarum geren  
bus, ex officio incumbere, ut magnâ d  
gentiâ, animabus sibi commissis in  
gigent; ne ipsorum negligentia oves  
reant. Hinc monet Apostolus, *Qui p  
in solitudine. Rom. c. 12. 8.* Id si p  
stent, maxima in cælo præmia obti  
bunt; si negligent, ingens salutis æter  
impedimentum habent: quia de om  
bus & singulis animabus suis redd  
rationem in die iudicii. *Sanguinem ej  
manu tua requiram. Ezech. c. 3. 17.*

II. Ut autem Curatores animarum  
hanc negligentiam caveant, ac sal  
sua impedimentum removeant: cre  
obligationem suam sibi in memo  
revocent: *Ipsi enim pervigilant, qu  
tionem pro animabus vestris reddunt.*  
Et hoc onus reddendæ rationis, offi  
Pastorum valde formidabile reddi  
pote periculis plenum. Quia ut  
Gregorius. L. 4. Moral. *Qui regit  
quot regendis præst, tot, ut ita dicam  
mas solus habet, pro quibus ratio*



redditurus. Jam verò, cùm quisque fat negotii habeat, ut animæ propriæ salutem consequatur: quid erit, si centenæ, si millenæ alienæ accedant? Hoc est maximum periculum, inquit Doctor Angelicus, in epist. ad Hebr. c. 17. *Hominem de factis alienis rationem reddere, qui pro suis non sufficit.*

III. Quando nam verò animarum Curatores hoc periculum incurrunt, & impedimentum istud salutis suæ opponunt? Tunc; quando ovium suarum salutem negligunt, & solùm quærunt, curantque semetipsos, suam cuticulam, suam crumenam, suam cognationem, suum honorem & æstimationem: quibus Deus per Prophetam minatur: *Va Pastoribus, qui pascebant semetipsos. Ezech. c. 34. 2. Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.* Quâ autem ratione hoc accidit? Describit id S. Laurentius Justin. serm. de S. Martino: *Querunt, inquit, quæ sua sunt, proventibus insistunt temporalium, delectantur honoribus, deliciis affluunt: & tanquam si*



100 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*vita futura non esset, amore visibilibus in*  
*herent. Nulla eis inest cura, quis in*  
*jaceat, quis fame pereat, quis Ecclesia*  
*tuta convellat; quis aliena rapiat, qui*  
*scandalizetur, quis dupliciter moriatur*  
*ac si pastorali ministerio, nullum onus*  
*nullum, ne innecteretur periculum, si*  
*niter, si pompaticè conversentur. O que*  
*tum his imminet salutis periculum*  
*impedimentum!*

*Zelus animarum.*

**D**omine JESU Christe, Redemptor  
ac Pastor bone; qui me indignum  
ad curam animarum tuarum vocare  
natus es, dicens, *Pasce oves meas.* Scio  
quantis involvar periculis animæ meæ  
nisi officio meo rite perfungar. Quod  
cum gratia tua, firmiter statuo, omnem  
mihî commissarum salutem, eâ sollicitudine  
ac diligentiam invigilare, ut in die iudicii  
de iis rationem tibi reddere valeam,  
dicere: Domine, *quos dedisti mihi*  
*perdidi ex eis quenquam.* Et ut omnes  
unâ mecum ad cœlestia pascua perve-  
niant; pabulum vitæ æternæ reperiant



téque cum Patre & Spiritu Sancto laudent in sæculorum læcula. Amen.

## 26. Oëtobris.

**P**ERpende ulteriùs ; ut Curatores animarum prædictum salutis suæ impedimentum à se removeant; oportere eos tria potissimum observare : atque attendere 1. ad *numerum*. 2. ad *qualitatem*. 3. ad *fructum ovium*. Et quidem I. attendant ad *Numerum*; ne vel unica amittatur, perdatur, atque dentibus lupi infernalis objiciatur. In die enim iudicii Pastor rationem reddet de singulis: nam ut testatur Ezechiel c. 33. *Adhuc transibunt greges ad manum numerantis.* Scilicet Judicis. Unde si numeres centum oves, si mille, si decies mille, omnes in illa die *transibunt ad manum numerantis*: Pastoriq̄ue respondendum erit de singulis; quâ ratione iis invigilaverit, custodierit, præservaverit, paverit, atque à lupo, morbo, & morte perpetua defenderit. O quàm tunc felix erit, qui cum Christo Domino dicere poterit: *Non perdidisti ex eis quenquam?*



II. Attendant deinde *ad qualitarum* vium ; nam & de his ratio reddenda incumbit : qualesnam nimirum extiterint sanæ an morbidæ : mutilæ an integre mundæ an maculatæ ac scabiosæ , pingues an macilentæ. *Ecce ego*, clamat Dominus apud Ezechielem c. 34. *Judicaber pecus pingue & macilentum.* Ego dico & examino , num oves meæ a pastoribus ductæ fuerint ad pascua pingua, ad herbas salubres, & prata virtutia ; an verò ad sterilia, ac deserta erigerentur. Deinde dispicio, utrum agris adhibita pharmaca, faucis & fractis emplastra ligatura: aliàs audient illud Ezech. c. 34. *Quod agrotum fuit non sanastis ; quod fractum, non alligastis ; quod abjectum, non reduxistis ; quod perierat, non quaesistis.* Propterea Pastores, audite verbum Domini : *Ecce ego ipse super Pastores, requirere gregem meum, de manu eorum.*

III. Attendant denique sollicitè fructus ovium : ut nimirum Patrifamilias cœlesti, rationem exacturo, in veritate asserere valeant, quod olim Patriarcha Jacob ad Laban. Gen. c. 31. *Quod*



*tua & capra tua steriles non fuerunt.*  
 Quando autem steriles sunt, nisi quan-  
 do fructibus bonorum operum carent?  
 Quando foetosa & abundantes; nisi  
 quando ovium balantum more, preces,  
 & clamores in caelum emittunt; lanâ suâ  
 nudos cooperiunt, lacte suo sitientes po-  
 tant, ac substantiâ suâ famelicos refi-  
 ciunt, omnigenæque virtutis actus, tan-  
 quam fructus nobilissimos constanter in  
 lucem edunt? O infelix Pastor qui id  
 negligit! felix qui præstare nititur! quia  
*non perdet mercedem suam,*

*Zelus animarum.*

**O** Domine! advigilabo cum gratia  
 tua, ad numerum, ad qualitatem, &  
 fructum ovium mihi commissarum: novi  
 enim multiplicem obligationem meam.  
 Exigit id à me sanctissima tua voluntas,  
 quâ jubes, me oves tuas pascere. Exigit  
 reverentia erga Patrem, qui eas condidit;  
 charitas erga Filium, qui redemit; dile-  
 ctio erga Spiritum Sanctum, qui lavit,  
 ornavit, unxit: Exigit animæ humanæ  
 præstantia, omnibus mundi thesauris



104 *Domus aternitatis. Consideratio*  
excellenter. Exigit iustitia, ideo enim  
onus Pastorale suscepi. Exigit obedientia  
Prælati, munus imponentibus, debita.  
Exigit major Dei gloria, semper & in  
omnibus quærenda. Exigit cœlestis gloria,  
quæ est merces magna nimis. Exigit  
demum ratio de ovibus reddenda in no-  
vissimo die. *Ecce ego requiram gregem  
meum, de manu eorum. Ezech. c. 34.*

27. Octobris.

I. **Q**UOD dictum est, de Pastoribus Ec-  
clesiasticis, idem convenit Præ-  
latis Regularibus, ac Superioribus Re-  
giosis; ut oves sibi concreditas verbo  
exemplo, oratione pascant: & ab eis ne-  
xia cuncta submoveant: optimè in  
S. Benedictus in Regula c. 2. *Sciat Præ-  
latus, culpa pastoris incumbere; quidquid  
Paterfamilias in ovibus, utilitatis merito  
potuerit invenire. Attendant igitur  
ipsi numero, qualitati & fructui  
commissorum: attendant, ne irrepara-  
bilis abusus, laxitates, dissolutiones, disse-  
siones, læsiones paupertatis, castitatis  
obedienciæ; attendant, (si invalescere*



cœperint) ut aboleant, nimias cum sæcularibus familiaritates, comestiones, computationes, ebrietates. Omni diligentia ac studio curent, quæ S. Bonaventura L. de sex alis. Alâ 5. insinuat: *Leges custodire, disciplinam servare, pacem & dilectionem tueri; singulorum conscientias agnoscere, perplexitates expedire, peccandi pericula præcavere, delinquentes corrigere, dubia elucidare, informare singulos, ut officia sibi injuncta congruè administrent.*

II. Horrendum exemplum, de Prælato, nec bono exemplo suis præeunte, nec defectus corrigente; sed omnia dissimulante, narrat Illultrissimus Dominus Joannes Caramuel Episcopus Misia SS. Theologiæ Doctor, in Theologia sua regulari. Tom. 2. in proœnio ad Abbates, hisce verbis: Referam quæ à D. Bernardo Botyn, mihi & nonnullis aliis, ante triennium sincerè in confidentia sunt dicta, referam, inquam, si horror aut linguam, aut calamum movere permittat. In Monasterio N. [nomen ne exprimam, impediunt lacrymæ] mortui Abbatis cadaver, ut moris est, bene ornatum,



106 *Domus eternitatis. Consideratio*  
tum, ad Capitulum defertur in feretro  
atque inde ad Ecclesiam & Chorum  
Erant qui psalterium juxta pium Ordina  
ritum legerent, erant qui vestes decenti  
componerent & rosis ornarent.

III. Sed ecce, res mira; cadaver  
præsencia illorum juniorum, qui coram  
illo vivente, vota emiserant, horribili vo  
ce inquit: *Ut quid hæc omnia? siquidem*  
*ego sum octavus decimus, hujus loci ab*  
*bas, qui ardeo in inferno.* His auditis tantis  
omnes percelluntur horrore, ut nec animu  
mum ad hærendum; nec vires ad fru  
giendum haberent. Tandem cadaver sine  
pompa sepeliunt: & quia vitandum erat  
scandalum, pompam funeream, pro anima  
mabus purgatorii absolvunt. Examinatus  
vi postea, quæ miser ille Dominus vix  
rit: & audiui fuisse comessationum am  
sum, ebrietatemque exemplo & indul  
gentiâ in Monasterio suo promovisse  
cæteroquin in bona fuisse æstimatione  
Hactenus Caramuel. Hæc est historia  
de digna, ab Authore fide digno relato  
quæ merito omnibus Prælati horrorem  
incutiat. Sed habemus firmiorem pro  
pheti



pheticum sermonem in literis divinis:  
*Ipsi pervigilant, tanquam rationem pro ani-*  
*mabus vestris reddituri. Hebr. c. 13. Et*  
*Ecce ego super Pastores, requiram gregem*  
*meum de manu ipsorum. Ezech. c. 34.*

*Admonitio.*

**N**E talia nobis accidant, Prælati Ve-  
 nerabiles, sollicitè attendamus, ne  
 nostrâ culpâ, in Domos nostras inve-  
 hantur laxitates, regularum violationes  
 impunes, discessiones, mores sæculares,  
 pravæ consuetudines, votorum trans-  
 gressiones, symposia, comestiones &  
 ebrietates, quæ perfectionem evertunt,  
 spiritum religiosum extinguunt, sæcu-  
 laribus scandalum præbent, animas  
 damnant Subditorum æquè ac Prælato-  
 rum. Væ Prælati, quorum negligentia,  
 aut conniventia, vel unica perit anima!  
 Ut enim ait. S. Chrylostomus, *Unius ani-*  
*me perditio tantam habet iacturam, ne*  
*nulla ratio possit estimare. Etenim si unius*  
*anime salus tanti est; ut ob hanc, Filius Dei*  
*fieret homo; tantæque pateretur; perditio,*  
*quod si cogita, quantam conciliabit poenam? Quod si*  
 E 7 *quis*



108 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
*quis ob hominem in hac vita perditum*  
*morte dignus est, quanto magis ille? Homo*  
3. in Act. Apolt,

## CONSIDERATIO X.

Impedimentum X. Aeternae salutis

Luxuria in juvenibus,

*Sensus & cogitatio humani cordis, in*  
*lum prona sunt, ab adolescentia sua*

Gen. c. 8. 21.

28. Octobris.

**I**Sapientissimus Regum Salomon  
verb. c. 30. 19. ait: *Tria sunt*  
*scilicet mibi, quartum penitus ignoro, scilicet*  
*viam viri in adolescentia sua. Ea enim*  
admodum intricata: vitia namque  
peccata blanda, instar examinis crab  
num & vesparum assidue pungentium  
obstreptentium, adolescentiam infest  
Idem confirmat S. Basilius in cap  
Isaia, scribens: *Examina innumerabilia*  
*vitiorum se agglomerant & adiungunt*  
*ventuti. Cujusmodi sunt ingluvies*  
tris, furta pecuniae paternae, alea, cog  
sationes, potationes, Virginum am



choreæ, adulteria: est enim vigor ætatis illius incontinens voluptatum, lascivique & fræno opus habet. In eundem sensum loquitur S. Augustinus serm. 246. de Temp. *Juvenilis ætas pluribus atque majoribus tentationum tempestatibus quatitur. Hæc fluctuum crebriore impetu sæculi inundantis operitur. Præsumit viribus, formæ elegantia jactatur, pompâ rerû temporaliû præfulgere aut exoptat aut gaudet.*

II. At præ cæteris concupiscentiæ carnalis fluctibus concutitur. Tunc enim maximè homo sentit legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ. Sanguis bullit in venis, cor & jecur exæstuat; ratio nondum maturuit, nec judicium; socii impellunt, vacatio à curis & officiis, libertatem omnia cogitandi, ac tentandi suppeditat. Expertus est David in ætatis flore, unde Deum rogat: *Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineras.* Psal. 24. 7. Expertus est S. Hieronymus ut fatetur Ep. 43. ad Chromat. *Scitis lubricum esse adolescentiæ iter, in quo & ego lapsus sum; vos non sine timore transitis.* Expertus idem est S. Augustinus & sex-

& sex-



110 *Domus aternitatis, Consideratio*  
& sexcenti alii. Hinc S. Hieronymus  
*Impossibile est juvenem, vitiis carnis*  
*tentari* & S. Chrylostomus Hom. de  
na & Samuele inquit: *Adolescentes à*  
*civiva sevocare, difficile bellum est.*

III. Ex quibus omnibus clarè elucet;  
quot & quanta salutis aeternae per  
cula Juventutem cingant; quot obsta  
impedimenta, ne ad beatæ aeternita  
portum appellat. Quænam igitur ut  
pabit arma, quibus se tueatur? I. Co  
fugiat ad orationem, exemplo Salom  
nis Sap. c. 8. 11. *Et ut scivi quoniam*  
*ter non possem esse continens, nisi Dem*  
*adii Dominum & deprecatus sum.* II.  
gias otium, constanter se occupet.  
Hieronymus ad Rusticum scribit: *O*  
*tollas periere Cupidinis arcus.* III. Ac  
beat jejunia, cilicia, flagella, aliæque  
ra pœnosa, & carnis castigationes: *C*  
tas à castigando nomen traxit: *Hoc ge*  
*(Damoniorum) in nullo potest exire,*  
*in jejunio & oratione.* Marci c. 9. 29.  
Fugiat occasiones & vitet pravas loc  
tates. V. Confugiat ad patrocini  
V. Mariæ: quæ est asylum in omni cen  
tio



tionem. VI. Meditetur mortem, iudicium,  
infernium. *Memorare novissima. Si in aeter-  
num non peccabis.*

*Adhortatio.*

**M**acte animo, adolescens & juvenis  
floride, & tot periculis, obstacu-  
lisque eluctandi circumvallate, ne animo  
concede. Ora Deum: *Continentiam ju-  
bes Domine, da quod jubes.* S. Aug. L. 10.  
Conf. c. 29. *Ocium fuge, Nunc lege, nunc  
ora, nunc cum fervore labora.* Corpus  
cum S. Paulo castiga; & in servitutem re-  
dige, occasiones, sociosque corruptos  
devita; meditare aeterna; ac demum, ad  
asylum B. V. confuge. Si insurgant ven-  
ti tentationum; Mariam cogita, Mariam  
invoca. *Si carnis illecebra naviculam con-  
cussit mentis, respice stellam, voca Ma-  
riam.* S. Bern. ser. 2. sup. miss.

29. Octobris.

**R**emedium VII. est consideratio va-  
nitatis Mundi: si nimirum per-  
penderis, omnia Mundi gaudia, volup-  
tates, recreationes, convivium, tripudia,  
amo-



112 *Domus eternitatis. Consideratio*  
amores, & quidquid mundus & c. mo  
offert oblectationis, esse vana, brevia, rieri  
ania. Ex quo antecedente, hoc deducit c. 4  
consequens: *Ergo querenda tibi sunt a* sp  
*na. Stabiliamus, pro meliore captu,* na,  
*tecedens. Probatur I. Experiencia &* tate  
*stimonio illorum Cosmophilorum,* tra  
*fræno voluptatibus omnibus laxa* Pro  
*tandem in fine tamentabantur: Quid* Pau  
*bis profuit superbia, aut divitiarum, just* Ju  
*ria, quid contulit nobis? Transierunt om* lup  
*illa tanquam umbra; & tanquam n* Om  
*cuis præcurrens, & tanquam navis,*  
*pertransit fluctuantem aquam, cujus* gra  
*præterierit, non est vestigium invenire.* exc  
c. 5. 8. *Quanta vanitas! Quanta brevit* los  
II. Idem antecedens, sive eadem d. cur  
tiarum, voluptatum & honorum va luce  
tas, brevitásque. Probatur II. Testimo van  
Vatis Regii psal. 96. *Tanquam fœni* om  
*velociter arescent, & quemadmodum* edit  
*herbarum citò decident. Et Psalmus* clam  
*Periit memoria eorum cum sonitu. Van* quia  
*ne brevitatem? Omnia mundi gaudia* hic e  
*instar fœni citò arescunt, instar herba* trim  
*rum celeritur decidunt, instar son* ciun



mox evanescent. Probatur III. Experi-  
 entia & suffragio Ecclesiastæ afferentis  
 c. 3. *Nihil permanens sub sole : & suis  
 spatiis transeunt universa.* Transeunt reg-  
 na, transeunt dominia, transeunt digni-  
 tates & honorum culmina; & cum illis  
 transeunt Reges, Principes, Præsules,  
 Proceres, Nobiles, Ignobiles, Divites,  
 Pauperes; Docti, Ignorantes, Senes &  
 Juvenes, & cum his honores, divitiæ, vo-  
 luptates, & omnia mundi blandimenta;  
*Omnia prætereunt mors fluentis aquæ.*

II. Si nolis credere, mi adolescens  
 gratiose, alienis testimoniis, licet, omni  
 exceptione majoribus; tu ipse leva ocu-  
 los tuos in circuitu, vide, lustra, & per-  
 curre mundi hujus amphitheatrum; &  
 luce meridianâ clarius omnium rerum  
 vanitatem perspicias: *Universa vanitas  
 omnis homo vivens.* Psal. 38. Ecce hic  
 editur, bibitur, luditur, cantatur, saltatur,  
 clamatur: sed an non omnia vanitas:  
 quia in ictu oculi clauduntur omnia? Il-  
 lic eudantur consilia, celebrantur ma-  
 trimonia, instituuntur commercia, confi-  
 ciuntur itinera, fiunt promotiones ad  
 hono-



114 *Domus eternitatis. Consideratio*  
honorum subsellia : sed an non omnia  
vana, quia *transseunt universa*? Istic se  
bantur milites, creantur Duces, comp  
rantur arma, pulsantur tympana, exp  
cantur labara, canuntur classica, con  
mittuntur praelia, multa utrimque ca  
dunt millia, eriguntur trophæa, referunt  
tur spolia, ac tandem animi sedantur  
pacis panguntur foedera. Verum an  
omnia vana, quia *suis spatiis transseunt*  
*universa. l.c.* Nisi in cunctis una spectatur  
Dei gloria & salus æterna?

*Ironia.*

**I** Ergo, Juvenis belle, compe, nob  
affluere deliciis, ac divitiis, fruere  
noribus, plausibus & amoribus in  
ventute tua : at non invenies in omni  
nisi vanitatem : invenies non satietatem  
sed esuriam ; non requiem, sed labor  
non consolationem stabilem ; sed  
Rege Salomone, spiritus afflictionis  
*Vidi, inquit, quae sunt sub sole, & ecce  
versa vanitas & afflictio spiritus. Eccl.  
c. 2. 14.* Ne igitur, si sapias, respicias  
hujusmodi vanitates, & insanias



ac stultitias; sed ad res stabiles atque æternas, & beatus eris; siquidem *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus & non respexit ad vanitates & insanias falsas.* Psal. 39.

## 30. Octobris.

I. **C**Oepimus argumentari, fecimus & probationibus stabilivimus antecedens; atque ex hoc enthymetatis antecedentee; nullo negotio inferes consequens, & conclusionem. Si enim omnia in Mundo sunt vana; optimè inferitur: *Ergo tibi querenda sunt aterna.* Hoc enim vera dicat prudentia & cœlestis sapientia; licet contrarium suadeat mundana stultitia. Si igitur voluptates quæris; quære æternas; an non voluptas mille millionum annorum, præstat voluptati unius horæ aut brevis vitæ? *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Psal. 36. 4. Si divitias quæris; quære æternas, cœlestes, semper permanentes; *quas fures non effodiunt, nec furantur.* Si ambis honores; quære non fluxos in terris; sed æternos in cœlis; *Ubi nimis honorati*

*nerati*



116 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*norati sunt amici tui Deus. Plal. 38.*  
Regnum desideras & Coronam: quæ  
regnum Dei, quod est regnum, non per  
corum annorum; sed omnium sæcul  
rum. In hoc enim Mundo omnia c  
transeunt. Hic vanitas vanitatum & om  
nia vanitas, ibi veritas veritatum & om  
nia veritas; ibi voluptas voluptatum  
omnia voluptas: ibi æternitas æterni  
tum & omnia aternitas. Conclusio  
net: nemo sanæ mentis inficiabitur.

II. Hæc argumentatio, hæc vani  
tis & æternitatis comparatio, hæc de  
enthymematis evidentia, innumer  
mundi deliciis ac divitiis abstractos,  
monasteria religiosa compulit, etiam  
Reges ac Principes. Sic contemptis Re  
nis, cum omnibus thesauris & hono  
bus religiosam paupertatem, castitatem  
& obedientiam amplexi sunt Lothar  
Imperator, Ludovici Pii filius: Henricus  
Rex Provinciæ, Bamba Hispaniæ, Sigib  
mundus Burgundiæ, Veramundus  
stellæ, Ramirus Arragoniæ, Sigib  
Northumbriæ, Sebbis Angliæ, Henricus  
cus IV. Daniæ, Carolomannus



manniæ, Casimirus Poloniæ; qui deinde Romani Pontificis jussu & suorum victus precibus, regni gubernacula recepit. Et ne prolixiores simus; præteritis aliis ordinibus, ex sola S. Benedicti familia, refert Benedictus à S. Joanne, fuisse viginti & unum Imperatores, quadraginta quatuor Reges; quinquaginta quatuor Reginas. Vide quàm potens sit Vanitatis & æternitatis collatio & seria consideratio.

III. Hæc consideratio, tot in ordinibus, tot millena implevit Monasteria. Numera, si potes, Monasteria Ordinum S. Augustini, cujus Regulam, quadraginta Ordines diversi amplexi sunt. Recense Cœnobia S. Benedicti, Trithemius L. de viris illust. c. 2. refert suo ævo numerata fuisse Abbatiarum quindecim millia. Adde Asceteria S. Brunonis, S. Norberti, S. Dominici, S. Francisci Seraphici, cujus asseclæ, Religiosi & Religiosæ, simul sumpti ascendunt facilè ad decies centena millia, seu millionem, ut scribit Cornelius à Lapide in cap. 5. Matthæi. Qui amore Christi & æternitatis beatæ,  
omnia



118 *Domus aternitatis. Consideratio*  
omnia sua deserunt, ex eleemosynis  
vunt [ quanta Dei providentia! ] ha  
tum asperum gerunt, in paupere vic  
acquiescunt, durè cubant, & corpus  
gidè tractant; & hæc omnia tam prom  
tè ac libenter. O æternitas! O æter  
tas! quàm fortis & efficax est viva tu  
des & seria meditatio!

*Conclusio.*

**C**ONCLUDE ergo, Mi Juvenis, van  
tis hæctenus amator & sectat  
atque infer. *Si in mundo, omnia van*  
*Ergo tibi inquirenda est aternitas:*  
abjectis & correctis pristinis pecc  
manendo in sæculo; vel si Deus vol  
in ordine religioso. Quid enim pro  
cum vanis sæculi hujus filiis, honori  
voluptatibus ac divitiis, paucis anni  
lectari, & paulo post cum damna  
Dæmonibus, annis æternis cruc  
Præclara est S. Hieronymi sententia  
nissima quàm cordi tuo profund  
sculpas: *Si haberes, inquit, sapientiam*  
*lomonis, pulchritudinem Absolonis,*  
*tudinem Samsonis, Annos Enoch,*



divitias, Octaviani potentiam; quid hac omnia in fine vita profuerint; si corpus ver-  
 mibus, anima Diabolis cedat, & cum Divi-  
 te Epulone suppliciis aternis torqueatur?

CONSIDERATIO XI.

Impedimentum XI. Aeternæ salutis,  
 Acedia & torpor in Senibus.

Quod antiquatur & senescit, prope interi-  
 tum est. Rom. c. 8.

31. Octobris.

I. Dies annorum nostrorum septuaginta  
 anni: si autem in Potentatibus octo-  
 ginta anni & amplius, eorum labor & do-  
 lor: Psal. 89. Tota vita nostra labor &  
 dolor est; sed maxime senectus. S. Gre-  
 gorius Nyssenus Tract. 1. in psal. c. 7. ait:  
 Labor est infantia, labor juvenus, labor  
 atas virilis; sed senectus canitie & rugis  
 copiam & abundantiam laboris egregie te-  
 statur. Senectus enim ipsa morbus, &  
 labor & dolor, & defectus est: deficiunt  
 sensus, deficiunt vires, deficiunt animæ  
 potentie. Unde Tullius eam vocat *onus*  
*eternâ gravius*. L. de senect. Et Aristoteles

Pars IV.

F sene-



120 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
*senectutem* inquit esse morbum natura  
*lem. L.4. de gen. animal. Ex sensuum* re.  
*tem viriumque defectu oritur facile* nuis  
*senibus acedia quaedam & torpor ;* ori  
*nisi occurratur , salutis impedimentum* ven  
*afferre valet. Contra hoc terna suggestio* ta c  
*mus consilia, sive antidota. 1. Crebra* I  
*aeternitatis memoria. 2. Exacta temporis* creb  
*fidui cura. 3. Operum bonorum genera* Jam  
*natio ac multiplicatio assidua.* gen

II. Primum igitur consilium omnium  
bus senibus perquam utile , est *Crebra*  
*aeternitatis memoria.* Longum iter *num*  
manibus habens , saepe de illo cogit *An*  
Varro vir apprime doctus de se ait *A n*  
*Annus octogesimus admonet me, ut senectutem*  
*nas colligam, antequam proficiscar.* nita  
Idem sibi merito oggerit senex, sexagesimo *sed*  
ta, aut septuaginta annos explevi, quae *da i*  
colligenda sunt sarcinae , ad inveniendum *pro*  
iter aeternitatis. *In antiquis est sapientia* illic  
*Et in multo tempore prudentia.* ait Ju *gea*  
12.12. Similiter Apostolus senes vocat *ter*  
se *Prudentes.* Ad, Tit. c.2.2. Prudentes *qua*  
autem dicat , ad iter arduum breviter *nav*  
spicandum se disponere ; frequenter *bus*  
*em*



eo cogitare; de necessariis sibi prospicere. Mors & æternitas senibus est in januis, juvenibus in insidiis. Sol Juvenibus oritur, Senibus ad occasum vergit. Juvenibus fluit; senibus propè effluxit vitæ clepsydra.

III. Quapropter, Senes, cum Davide, crebrò annos aternos in mente habeant.

Jam cum Godefrido Episcopo Bambergenſi, dicant: *Quotidie ſto ad oſtium aternitatis.*

Jam cum Blasio Namurcenſi Præſule, pro teſſera aſſumant: *Urget aternum.*

Jam cum Guilielmo Cameracenſi Antiftite, ſymbolum ſibi hoc diligant: *A momento aternitas.*

Neque hæc aternitatis memoria ſit ſpeculativa tantum, ſed practica; quæ urgeat, ad comparanda itinera neceſſaria: ad præmittendam

proviſionem, unde aternum vivant; ne illic manibus vacuis compareant. Urgeat quoque ad ſuſpiria ac deſideria a-

ternitatis beatæ, quibus anhelent, tanquam Viatores feſſi ad patriam: tanquam

navigantes, diu multumque cum fluctibus jaçtati, ad portum; tanquam milites

emeriti, properent ad refocillationis ho-

ſpitiu;



122 *Domus eternitatis. Consiacratio*  
spitium; tanquam operarii sub vitæ  
sperum, festinent ad accipiendum de  
rium. Hæc omnia Senibus dictat &  
det prudentia. *Canities tunc est vener*  
*bilis; quando ea gerit, quæ canitiem de*  
S. Chrysof. ser. 7. in Ep. ad Hebr.

*Aspirationes Senum.*

**O** Felix æternitas! Tu mihi fatigæ  
ti, & ad metam properanti, sis  
gitationum mearum scopus; sis des  
riorum meorum finis, in quem suspi  
rum sagittas ejaculer! Tu sis exulanti  
tria, naviganti portus; militi stipend  
victori corona, operario merces, de  
rius & præmium sempiternum.  
*Domine, moriar, ut te videam; videam*  
*hic moriar: nolo vivere, volo mori; de*  
*vi cupio & esse cum Christo: mori des*  
*ut videam Christum: vivere renuo,*  
*vam cum Christo: O Domine Jesu ac*  
*spiritum meum. S. Aug. 101. l. c. 1.*

*I. Novembris.*

**I.** Alterum consilium, senibus op  
tunum, a videlicet ab iis arrip



dum; est exacta temporis residui cura. Ut nimirum brevem illam, quæ superest, temporis particulam, quàm optimè collocent. O quàm hæc est pretiosa! quàm diligenter impendenda! Quàm cavendum à furibus temporis; id est, otiosis hominibus! Cogita, & interroga Dam-natos, quantum oblaturi essent, pro unica, agenda pœnitentiæ, hora? Interroga Beatos, quid daturi essent, pro unica, augendis meritis, indulta diecula? Sed frustra illis omnia. Tibi, ô Senex venerande! adhuc pendet hamus, patetque meritorum janua. Ergo dum adhuc tempus habes, operare bonum. Teste S. Gregorio Nazianzeno: tempus vitæ nostræ, mercatus est, tempus nundinarum; ergo dum merces prostant, dum nundinæ durant; eme; quia postmodum deerit occasio.

II. Nemo tam Divos habuit faventes, crastinum ut posset sibi polliceri; & tamen ut scribit S. Hieronymus in Epist. *Nemo tam fractis viribus & decrepita senectutis est, ut non se putet unum adhuc annum esse victurum.* Demus autem illi ad-



124 *Domus eternitatis. Consideratio*  
huc annum unum, & alterum ac tertium; quid in hoc faciendum suadet prudentia & sapientia? non aliud, quod suadet Apostolus: *Redimentes tempus.* Ad Ephes. c. 5. 16. Quid autem tempus redimere? Accipe parabola. Rex dives familiari suo potestatem impertit, exportandi è thesauris Regni quantum toti vitæ sufficit; idque duntaxat die: interim familiaris illi dormit ferè usque ad vesperum: excitatus rorò ab amico, monitusque, ut sibi precipiat, ne totâ vitâ egeat; errorem corrigens vires intendit, laborem duplicat, modum compenstat, atque tantum è gazophylacio exportat, quantum toti vitæ sustentandæ sufficiat.

III. *Applica tibi, ô Senex! Paralam.* Rex cœli obrulit tibi è thesauris suis, colligendum, quod totâ æternitate sufficiat; hæcenus deses, aut propècissus extitisti: instat vitæ vesper, quid facies? Duplica laborem; id est duplica preces, duplica eleemosynas, duplica bona opera ac virtutum exercitia, quam vitæ sol tibi occumbat. Et hoc



tempus elapsum, malèque impensum redimere. Hoc est imprudenter neglecta, prudenter compensare. Igitur dum campana, portæ brevi claudendæ signum dans, adhuc sonat; curre, ne urbe excludaris. Dum candela, ad subhastationem bonorum accensa, adhuc ardet, sponde & contrahe de pretio; dum gazophylacium regium patet, offer sedulò ac duplicatò, ne penuriâ premaris. Dum vitæ tuæ clepsydra currit, atque ad finem properat; noli feriari, noli otiari; sed pro totâ æternitate, tibi prospice, & congere, assiduè, avarè, copiosè.

*Paranesis.*

Quare, ô Senex grandæve! dum tempus finit, operare strenuè, dum nundinæ durant, eme necessaria pro æternitate; dum favet gratia Regis, utere: dum clepsydra adhuc fluit; tempus redime; industrias duplica; campanâ adhuc sonante, curre; candelâ jamjam extinguendâ, pretium offer: sequere consilium Ecclesiæ c. 9. 10. *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare:*

F 4

quia



126 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*quia nec opus, nec ratio, nec sapientia,*  
*scientia erunt apud Inferos, quò tu prop*  
*ras. Tempus, quod tibi reliquum*  
*admodum breve est, pretiosum est; q*  
*elapso, nihil restabit amplius. Jur*  
*enim Angelus, per viventem in seculis*  
*culorum; quia tempus non erit amplius*  
Apoc. c. 10. 6.

2. *Novembris.*

I. **U**T autem breve tempus, quod  
dum tibi est, ò Senex, atate  
vecte! exactè impendas: neglectum  
tempus, secundum Apostoli monitum  
redimas; operaque virtutum multi  
ces: torpentem animum juvat motus  
supernaturalibus quandoque excitare  
segniùs currenti stimulos addere: quod  
ex subjunctis, nunc hoc, nunc illo te  
cita. I. Stimulus est, Peccatorum exci  
tio. De propitiato peccato, noli esse sine me  
Eccli c. 5. Quia nescit homo utrum  
an amore dignus sit. Eccl. c. 9. 1. II. S  
timulus est operum imperfectorum  
fectio & correctio. Facti sumus imm  
omnes nos, & quasi pannus mensuratus



omnes justitie nostrae. Isaia c. 64. 6. III.  
*Multitudo peccatorum*, & modica pro iis  
 haecenus praestita satisfactio. *Quantum*  
 se glorificavit & in deliciis fuit; tantum da-  
 te ei tormentum & luctum. Apoc. c. 18. 7.

II. Stimulus IV. *Mors instans*, illa  
 enim jam consistit ante ostium: jamque  
 malleum elevat, mox ad abitum & obi-  
 tum pulsatura. *Memor esto, quoniam mors*  
*non tardat.* Eccli c. 14. 12. V. Stimulus:  
*Ratio judici reddenda*, de villicatione, de  
 vitae tepore ac torpore. *Redde rationem*  
*villicationis tuae; jam enim non poteris am-*  
*plius villicare.* Lucæ c. 16. 8. VI. Stimulus,  
*Paucitas bonorum operum.* Haecenus à  
 te praestitorum. *Dicis fortè: Dives sum*  
*& locuples & nullius egeo, & nescis, quia*  
*tu es miser & miserabilis, & pauper &*  
*cacus & nudus.* Apoc. c. 3. 17. *Non inve-*  
*nio opera tua plena coram Deo meo.* l. c. v. 2.  
 VII. Stimulus. *Flamma ignis purgantis,*  
 tot peccatis & negligentius tuis debita.  
*Gravior erit ignis ille, quam quidquid ho-*  
*mo potest pati in hac vita, teste S. Augu-*  
*stino in Psal. 37.*

III. Stimulus VIII. *Confusio, insul-*

F 5

atio,



128 *Domus aternitatis, Consideratio*  
tatio, & exprobratio Dæmonis, ob  
tam tuam, in tanta mediolorum abundan  
tia, sterilitatem: *In terra Sanctorum, in*  
*quagesit, non videbit gloriam Dei. Isaia*  
s. 4. IX. Stimulus, *tempus presens*  
pletioni indultum: *Dimitte eam etiam*  
*hoc anno, ut fodiam circa illam, & mitte*  
*sercora, & si quidem fecerit fructum:*  
*autem in futurum succides eam. Luca*  
13. 6. X. Stimulus, *Exemplum Christi*  
Domini, B. M. V. & virorum sancto  
rum, in fine vitæ magis ferventium. XI.  
Stimulus *vocatio religiosa, ac status sacer*  
dotalis, adeo sublimis. XII. Stimulus  
Voluntas Sancta Dei, id unice desiderat  
tis. XIII. Stimulus *Amor Christi: Caritas*  
*Christi urget nos. XIV. Stimulus*  
gens bonorum operum in cælo pro  
miu. *Merces magna nimis. XV. Stimulus*  
*Cordis divini gustus, Sanctorum in cælo*  
*consolatio, proximorum in terris edificatio.*

*Adhortatio.*

**V**ides, ô Senex venerabilis! quomodo  
mulis & calcaribus, ad redimendum  
tempus, meritæque in fine vitæ



multiplicanda urgearis. Parùm fortassis  
 peccata tua expiasti, parùm imperfectio-  
 nes emendasti, parùm pœnitentiæ egisti,  
 parùm de morte instante cogitasti ; pa-  
 rùm ad reddendam Deo rationem te re-  
 flexisti ; parùm paucitatem bonorum o-  
 perum tuorum perpendisti ; parùm Dæ-  
 monis insultationem, Christi & Sancto-  
 rum exempla, vocationem ac statum, Dei  
 voluntatem, Christi charitatem, ope-  
 rum mercedem, gustum divinum, Beato-  
 rum solatium , & proximorum exem-  
 plum considerasti. Nunc senectus te eru-  
 diat, ac moneat. *Infantia nostra innocentia*  
*fit, pueritia sit reverentia, adolescentia pa-*  
*tientia, juvenus virtus, senium meritum,*  
*senectus nihil aliud, quàm sanus sapiens-*  
*que intellectus.* S. Aug. in Psal. 113. Hoc  
 igitur intellectu sapienter utere ad me-  
 ritum : *ne frauderis à die bono, & particu-*  
*la boni doni non te prætereat.* Modicum  
 enim temporis restat, & ignoras, quâ ho-  
 râ Dominus venturus sit : *Nescio quam-*  
*diu subsistam, & si post modicum tollat me*  
*factor meus.* ait Job. c. 32.



## CONSIDERATIO XII.

Impedimentum XII. Aeternae Salutis,  
Error vel desertio vocationis in Religio-  
sis & Sæcularibus.

*Unusquisque, in qua vocatione vocatus  
in ea permaneat.* 1. Corinth. c. 7. 20.

3. Novembris.

I. **C**ONSIDERANDUM primò est: quò-  
uti ex recta statùs, ad quem De-  
vocat, electione, magna ex parte de-  
dent lætitiæ cordis, conscientiaè pax,  
cundus vitæ cursus, atque æterna be-  
tudo & salus: ita è contrario, ex mala  
erronea statùs electione, proveniant  
tius vitæ turbationes, tristitiæ, defectus  
errores, discordiæ, rixæ, infortunia,  
vortia, peccata, scandala, ac manifesta  
damnationis æternæ pericula, salutis  
æternæ impedimenta. Experiuntur  
multi & multæ, vocati ad statum  
giosum, & amplectentes conjugium,  
periuntur hoc vicissim, multi & multi  
vocati ad matrimonium, & licet  
dispositi sint, tamen eligentes ordinem



religiosum. Idem est de statu Ecclesiastico, Pastoralis, militari & aliis; In quo eligendo, si quis aberrer, velut membrum luxatum, & loco ac juncturâ suâ motum, nihil bene, nihil absque dolore ac deformitate agit, & in variis salutis amittendæ periculis degit.

II. Deus enim ad eum nos statum vocat, cumque cupit à nobis eligi, quem ipse paternâ providentiâ suâ, tanquam medium valde accommodatum, ad nostram salutem nobis constituit, simulque vires & auxilia, ad statûsejusmodi onera ferenda offert. Quod si quis divinæ huic vocationi resistat, aliumque statum amplectatur, contingere pronum est; ut ipse sibi cæli portam claudat, dum seriem operum, & filum mediorum, à divina providentia, ad ipsius salutem contextum, abscindit; onusque sibi imponit, quod fortè supportare non poterit: neque enim Deus tantâ promptitudine & copiâ suggerit media, ad superandas difficultates, in eo statu occurrentes, quem sibi quis, propriam sequendo voluntatem, repudiata divinâ, elegit. Joverit igitur,



132 *Domus eternitatis. Consideratio*  
tur, ad hos errores præcavendos, electio-  
nis statûs praxin declarare.

III. Deliberans de vitæ statu eligendo, ut non erret, sequentia observa-  
do, ut non erret, sequentia observa-  
Confugiat ad Deum, Patrem luminis  
per orationem, & lumen ab eo flagit  
pro cognoscenda voluntate divina.  
*his omnibus deprecare Altissimum; & dicitur*  
*rigat in veritate viam tuam. Ecclesiasticus*  
19. II. Volens turrim ædificare, sed  
priùs computet sumptus, qui necessarii  
sunt, ut monet Salvator: expendat denarios  
& talenta sua; num isti statui sufficientes  
sint, nec ne. III. Adhibeat consilium  
prudens. *Causam tuam pertracta cum*  
*amico. Proverb. c. 25. 19.* Non autem  
semper nimium confidat Consanguineis  
& Cognatis, sæpe seiplos, non bonos  
illius quærentibus: *Inimici enim domestici*  
*ejus.* Ut monet Christus. *Matth. c. 10. 36.*  
His præmissis, Deum per  
spirationes, & impulsus internos te  
cantem, sequere.

*Precatio.*

**D**omine Deus meus, qui Ecclesiam  
Filii tui sponsam, tanquam carnem  
tuam



rum aciem bene ordinatam, variis statibus, præsertim Ecclesiastico, Religioso ac Mundano exornare voluisti; atque ad illos in vigore suo conservandos, divinâ Providentiâ tuâ, omnia suaviter & fortiter disponis, aptaque cuius subjecta ordinas, eligis, allicis & vocas; mihi famulo tuo in dubiis fluctuanti, obsecro lumen infunde, & ad eum statum vocare me dignare; in quo & meliùs tibi servire, & salutem meam certius operari valeam. *Domine quid me vis facere? Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.*

## 4. Novembris.

I. **Q**odsi animus perplexus, in ambiguo hæreat; nec adeò celeriter se resolvere valeat; continuandæ sunt preces, sacra, communiones, eleemosynæ, aliaque pia opera: tum perpendenda sunt sequentia, & veluti pondera in bilance collocanda. I. Considera uter ex duobus, vel tribus statibus, de quibus deliberas, Deo gratior sit & acceptior. II. Quis ex his statibus pro salute animæ tuæ, sit securior & expeditior. III. **Q**uis  
ex



134 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ex his statibus sit Christo Domino  
que doctrinæ ac vitæ similior & conf  
mior. IV. In quonam proximo tuo  
salutem animæ possis esse utilior. V. Q  
ex his statibus, sit viribus corporis  
uti & dotibus ac talentis tuis aptior  
que ad talenta tua, pro gloria Dei  
pendenda, accommodatior.

II. Ulteriùs considera VI. Ad qu  
ex his statibus, tacito, interno, & ide  
dem repetito impulsu voceris ac mor  
ris; quamvis remurmurante senti  
horrore. VII. In quonam ex his stati  
faciliùs Deo rationem vitæ tuæ red  
possis in morte & in iudicio divino. V  
In quonam ex his statibus, pluribus  
causionibus ad bonum, paucioribus  
ad malum, gavifurus sis. IX. In quon  
ex his statibus, faciliùs in gratia, & b  
perseverare valeas. X. Si hâc hora  
moriendum foret; in quo ex iis stati  
mortem obire cuperes? Ad has inter  
gationes, omni sinceritate, coram  
tibi ipsi responde: & pro quo statu  
res responsiones habueris, eum  
consulto eo, cui fidis in Domino.



III. Factâ electione I. Eandem Domino Deo tuo offer. II. Gratias quas potes, maximas age. III. Constantiam in ea, per orationes, indies efflagita. IV. Nec exspecta ulteriorem Dei sermonem, aut Angeli alicujus allocutionem, quâ te vocet, ut Christus Dominus olim Apostolos: *Sequere me*. Hoc enim esset tentare Deum, ac diabolicæ illusionis periculo te exponere. V. Sed sufficiat tibi, quòd modum & media, ordinariæ Dei consuetudinis, in vocationibus, adhibueris: ut sunt multiplex supradicta consideratio, fervens oratio, peccatorum fuga, Sanctorum Patronorum invocatio, Sacramentorum pœnitentiæ & Eucharistiæ frequentatio, carnis mortificatio: virorum piorum ac prudentum, in consilium advocatio.

*Petitio gratia.*

**D**omine Deus meus: ego servus tuus, salutem æternam consequi debeo, & unicè volo: ad hoc enim à te conditus, ad hoc redemptus, ad hoc Christianus sum. Volo autem salvari per media, à te,



136 *Domus eternitatis. Consideratio*  
à te mihi ordinata, & in eo statu, in h  
quem, non caro & sanguis, non prop est p  
voluntas; sed infinita Bonitas tua, Dec  
vocare dignatur. Possum quidem sa hon  
ri, in quolibet statu bono; sed malo Qui  
vere in eo statu, in quo tu me salvere dice  
crevisti; in quo salvari debeo; in trep  
salvandum sum; & in quo certior est qua  
lus mea. Largire mihi quæso, ubi tere  
gratiam, ut eum amplecti, in eo pie S. A  
re, perseverare, & salutem æternam aud  
pisci valeam. *Domine, da quod jubas*  
*jube quod vis.* noli  
ficen

5. *Novembris.*

I. **N**ecessarium est Eligenti nôsse la sa  
ceptiones & fraudes, quas in rum  
gofio electionis, vel Dæmon vel let run  
litas immiscet, ut evitentur. I. Deco quo  
est, nulli fidere, occultare se, nolle §. 7.  
consultare; imò fugere eos, qui con ligio  
bono adesse queant. II. Deceptio cto;  
inveterata & præjudicata affectus post  
catio ad aliquem statum: Affectus fet, i  
tenebræ sunt, ratio autem lux; qui mol  
odit, malè agit. III. Deceptio est, post resp



in hoc quoque statu salvari : quia aliud est posse salvari ; aliud salvatum iri. IV. Deceptio est respectus humanus : quid homines dicent ? At quid dicet Deus ? Quid Sancti ? Quid tu moriens ; Quid dices tu ipse damnatus ? V. Deceptio est trepidare , vitamque perfectiorem , tanquam duram , asperam ac difficilem hor- rere. Sensit hoc initio conversionis suæ S. Augustinus L. 8. confess. c. 11. donec audivit Deum clamantem : *Quid in te stas & non stas ? projice securus in Deum , noli metuere , qui dedit velle , dabit & perficere : qui dedit hæc nôsse , dabit & posse.*

II. Perpendenda sunt quoque pericu- la salutis æternæ ; in variis exemplis illo- rum , qui vocationem divinam deserue- runt : Ex innumeris audiamus unicum , quod refert S. Antonius p. 3. Tit. 24. c. 9. §. 7. de quodam Candidato ordinis re- ligiosi , & voto religionis ineundæ obstri- cto ; qui cum factus esset Canonicus & post menses aliquot , in morbum incidisset , monitus de adeundo Deo , per exho- mologesin & salutarem pœnitentiam ; respondit , hæc frustra esse ; sibi enim irati

Numi-



138 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Numinis injectum fulmen istud : *Du-* tant  
*nandus es.* Quare desisterent esse mo- niã,  
Non posse se confiteri : *audi* erit funu  
Domino : *Vocavi & renuisti, ideo vada* qu  
*portas Inferni.* Dixit & infelicem animi in h  
exspuit. Tantùm in totam æternitatem  
nocuit, Deo vocanti, non obedisse.

III. Ruminandi denique sunt in- O  
ces exitus, ac pœnæ eorum qui, transi- ama  
aliquot in Religione annis, vel suã au  
dimituntur, vel sponte ac malitiosè rem  
deserunt. Libros integros horum pre  
possent implere; sed nonnulla solùm cum  
bis nota strictim insinuamus. Novio  
ejusmodi farinæ homines, subita lucer  
morte punitos, alios in aquis submer- sue a  
alios in duello, gladio confoscos; tam  
suspensio seipsum necantes. Nov per ig  
languinem copiosè vomendo extima  
alios in extrema penuria & ærumma  
functos : alios patibulo adjudica  
alios melancholiã, tristitiaque ob  
& in ea defunctos; novimus alios in  
trimonio, perpetuis odiis & inimic  
dissidentes, alios divortio se junctos  
vimus denique alios constipatione  
ate. S



tantâ vexatos, ut, excrementa, salvâ veniâ, per os faucésque ejicerent, atque ita simul animam infelicem evomerent. Atque hæ sunt pœnæ temporales, inflictæ in hac vita: sed quid in altera?

*Affectus.*

**O** Domine! Tu vocasti me indignum ad tuum servitium, in ordine hoc amabili: & dixi: *Ecce ego, quia vocasti me: audiavi vocem tuam, & velut ovis Pastorem secutus sum: & sequar usque ad supremum anhelitum, dicamque indies cum Venerabili Patre Martino Stredonio: Sive me ire jubes ad tenebras, sive ad lucem; sive ad solatia sive ad adversitates; sive ad quietem sive ad labores; sive ad vitam, sive ad mortem; sive per aquam sive per ignem; Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei ita defixi; ut non nisi juxta eam, quies & motus, vita & omnia mea dispensentur. Domine quid me vis facere? [in vita] Fiat in me, de me, per me, in me, circa me, & circa omnia mea, tua sanctissima voluntas in tempore & aternitate. S. Gertrudis.*

CON.



## C O N S I D E R A T I O XIII

Impedimentum XIII. Aeternae Salutis

Defectus verae poenitentiae in peccatoribus.

*Facite ergo fructus dignos poenitentiae*  
Matth. c. 3. 8.6. *Novembris.*

I. **C**onsidera peccatorem quemlibet, etiam si peccatis gravioribus criminibus obnoxium, debere necessario arripere poenitentiam, tanquam secundam, postquam perierit tabulam, unicumque salutis aeternae remedium: cujus defectus, in peccatore, est beatitudinis impedimentum. Agitur autem est poenitentia, non ut hodie à plurimis agitur; sed poenitentia cum dignis fructibus. Quinam sunt illi? Fructus sunt, qui non sunt non ficti, non externi tantum, non tales quales, non perfunctorii, non critici; sed veri, sinceri, interni, digni, verè poenitentem decent, atque ex verè poenitente proficiscuntur: ut dolor, contritio, detestatio, gemitus,



dor, lacrymæ, confessio, peccatorum puni-  
tio, ac vitæ morumque seria emenda-  
tio. S. Gregor. hom. 20. in Evang.

II. Sed explicemus paululum: Quid  
est pœnitentia digna? Digna pœni-  
tentia est, quando mensura doloris &  
pœnæ, respondet mensuræ voluptatis  
& culpæ: quando crescente culpâ, cres-  
cit & pœna; & gravitas hujus, illius gra-  
vitati respondet. Digna Pœnitentia est;  
cum pœnitens, tanto studio servit veri-  
tati ac Deo, quanto antea servivit vanitati  
& Diabolo: cum tanto fervore amat Deû,  
quanto antea amavit carnem & Mun-  
dum: juxta illud Apostoli: *Sicut exhibuistis*  
*membra vestra servire immunditiæ & in-*  
*iquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete*  
*membra vestra servire justitiæ in sanctifi-*  
*cationem.* Rom. c. 6. 19. Declarat id S. Al-  
bertus M. in parad. an. Pœnitentia ait ve-  
ra & digna est commensuratio pœnæ con-  
tra culpam, ut secundum quantitatem  
culpæ, sit & quantitas pœnæ: secundum  
delectationem culpæ, sit amaritudo pœ-  
nitentiæ; secundum diuturnitatem cul-  
pæ, sit diuturnitas pœnæ; & secundum  
mul-



142 *Domus eternitatis. Consideratio*  
multiplicitatem culpæ, sit multiplici  
pœnæ: juxta illud S. Joannis: *Facite*  
*fructus dignos pœnitentia.*

III. Pœnitentiam hanc dignā  
que fructus, describit S. Joannes Chri-  
cus, gradu 5. *Pœnitentia, ait, est corporalis*  
*consolationis perpetua, & jugis repudatio.*  
*Pœnitentia est voluntaria earum rerum*  
*omnium, quæ affligunt, toleratio. Pœni-*  
*tentia est cruciatuum sibi semper opifex.*  
*Pœnitentia est valida ventris afflictio, animi*  
*in sensu firmissimo, jugis reprehensio.*  
lis pœnitentia eluxit in S. Petro, S. Pa-  
S. Magdalena; aliisque in eremo at-  
rimam vitam degentibus. Ut S. Ma-  
Ægyptiaca, quæ quadraginta & septem  
annis in eremo vixit, nullum hominem  
vidit, herbas crudas comedit, aquam  
bibit, humi cubavit, vestibus attritis &  
rustate consumptis, nuda æstum & frigus  
tremens sustinuit. Ut refert S. So-  
nius Jerosolymorum Episcopus. In-  
tis. PP. Talem quoque pœnitentiam  
git S. Pelagia, S. Thais, S. Jacobus pæ-  
tens & alii complures,



## Admonitio.

**V**idete ô peccatores, tot grandium criminum sarcinâ onusti! qualis sit vestra pœnitentia: quàm brevis, quàm levis, quàm perfunctoria. Verbum divinum jubet corda scindere, jubet in jejuniis & luctu, in fletu & planctu, in cilicio & cinere pœnitentiam agere: at ô quàm longè absunt hi fructus pœnitentiæ à vobis? Hinc multi sunt, inquit Card. Bellarminus conc. 9. Dom. 4. Adv. qui, quòd jam confessi sint, pedem unum se arbitrentur habere in cœlo; qui tamen si rectè considerent, videbunt se pedem unum in terra, alterum in gehenna posuisse: nec enim confiteri, sed bene confiteri, & pœnitentiæ fructus dignos facere, cælum aperit. *Non omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Matth. c. 7. 21.*

7. Novembris.

**P**erpende, quàm rigidam, quàm longam, duramque olim in Ecclesia  
 Pars IV. G pœni-



144 *Domus aternitatis. Consideratio*  
pœnitentes, jussi sint agere pœnitentiam  
mens non est antiquos in usum revocare  
re Canones; potes, hoc tempore lucere  
varias indulgentias, aliâque adhibere  
media: & præstat cum parva pœnitentia,  
quæ sponte suscipitur & verosimiliter  
ter impletur, mittere confessos ad purgatorium;  
quàm cum magna pœnitentia non implenda,  
ad infernum. Geronimus apud Layman. c. 15. n. 11. Sed  
juvabit considerare, ut, si quando pœnitentia  
quantò gravior tibi imponatur, non trectes.  
Olim pœnitentia communis jejunare in pane & aqua,  
per plures dies. Ut liquet ex Pœnitentiali Romano  
& ex Canonibus pœnitentialibus S. Gregorii Nysseni,  
Bedæ, Rhabani Mauri, Burchardi. Concilium  
Anglicanum Anno 969. præcipit: Quis illo a  
conjugium fregerit, sive uxor, sive uxor  
bus, tres dies in pane & aqua, quibus  
hebdomate, per septennium jejuniis  
Can. 17. Et sicut de adulterio publice  
publicè; ita de occulto occultè pœnitentia agenda.  
Ibid. Si quis propria voluntate molliem commiserit,  
tribus



jejunet, & in eorum quolibet, præter ordinariam quadragesimam, alios quadraginta dies jejunet in pane & aqua : Et additur ; hæc quoque observari in partibus transmarinis , nimirum Germania, Gallia, Italia, Hispania &c.

II. In Concilio Toletano X. legimus Anno 656 Potamium Episcopum, eum semel tactu femineo sorduisse, ipsum se primò, nullo cogente, ergastulo cuidam inclusisse ; atque ibi novem annorum pœnitentiam egisse. Deinde ad Concilium literas dedit, quibus peccatum suum sponte prodidit ; Patres verò Concilii pœnitentiam ei perpetuam injunxerunt ; ut quamdiu viveret in humilibus, abjectisque officiis deserviret. Et tamen, affirmarunt ; longè mitiùs cum illo actum esse, quàm veterum Canonum severitas pateretur. Subjungit C. Bellarminus hæc referens : Quantum, obsecro, nos ab hoc genere pœnitentiæ absolumus ? sed quid ait Scriptura ? *Qui timet pruina, cadet super eum nix.* Job. c. 6. Qui hîc brevem pœnitentiæ austeritatem reformidat ; longissimam



146 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ignis purgantis & gehennæ incurra

III. Admirandum quoque pœnitentia exemplum præbet Edgarus Rex, & ter omnes Angliæ Reges fortissimus ob constupratam Virginem, acerrime objurgato, humi prostrato, scelusque humiliter fatenti, ac veniam humiliter petenti, S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis septennem pœnitentiam iniunxit, ac toto hoc tempore, coronam regiam non gestare, quot hebdomadibus, bis diebus jejunare, a vitis thesauros in pauperes erogare, ac sacrandis Virginibus monasterium fundare iussit. Septimo autem anno Præsul sanctus citis omnibus Regni Proceribus, Episcopis, Abbatibus, Regi coronam deponere imposuit, omni populo lætante, Deique in S. Dunstano laudante. Ita relictus Observus Cantuariensis Ecclesiæ Præcentor & B. Lanfrancus ab Anno 1070 ad 1089. S. Dunstano familiaris, in Dunstani. T. 8. 4. Maji.

*Admonitio.*

**O** Peccatores ! Ubinam hodie  
vel umbra talis pœnitentiæ rep



tur? Si cuipiam, pro plurimis etiam enormibus delictis, dies duos, triéve in panis & aquæ jejunio transigendos injungeres, stuperet, & forsan obmurmuraret, ac tanquam rem sibi impossibilem detrectaret. Imò, ut ait Card. Bellarminus, veniunt nonnulli ad confessionem, & adferunt sarcinam peccatorum, à duobus equis non trahendam: nullum enim ab exhomologesi postrema, exegêre diem, absque novis criminibus lethalibus; & tamen nullæ lacrymæ, nulli gemitus, nullæ transiones pectoris; imò vix genua flectere dignantur; sed unum duntaxat, quasi furari absolutionem, statimque auferre vellent. Hæccine est contritio & pœnitentia digna? *Scindite corda vestra* clamat Joel. c. 2. Scriptura divina, nunc cilicium, nunc planctum amarum, nunc luctum unigeniti adhibendum suadet. Hæc Bellarm. l. c. Verùm ubi hodie dum tales fructus digni pœnitentiæ?

## 8. Novembris.

Considerent denique Peccatores, pœnitentiam virorum Sanctorum,



148 *Domus aternitatis. Consideratio*  
rum, ut hæc eos, vel excitet, vel obli-  
nitiem ac teporem, ruborem eis incutiat.  
Exemplum I. præbet nobis Rex David  
de quo scribit S. Cyrillus Hierosolymita-  
nus Catech. 2. *Beatus David, quamvis*  
*audiverit, Dominum transtulisse peccatum*  
*ipsius; non abstinuit tamen à penitentia*  
*verum loco purpura, sacco utebatur, &*  
*aurei throni. Rex in terra & cinere*  
*sedebat; neque tantum in cinere sedebat;*  
*verum etiam cinere vescebatur. Cinere*  
*tanquam panem manducabam & cinerem*  
*meum cum fletu miscebam. Psal. 101.*  
Exemplum II. offert Doctor Gentium  
qui licet, fuisset in tertium cœlum  
transitus, de seipso tamen fatetur 1. Cor.  
c. 9. 27. *Castigo corpus meum [in gratiam]*  
*est, ὑποταξάω, id est contundo, livido,*  
*facio] & in servitutē redigo, ne forte*  
*aliis predicavero, ipse reprobus efficiar.*  
II. Tertium exemplum refert S. Ieronymus  
annes Climacus gradu 5. dum penitentiam  
aulteram cujusdam Monasterii  
lixè describit; ex quo pauca decerpimus.  
Cum, inquit, ad locum illum penitentium  
tium, imò ad lugentium carcerem



venissem; vidi, si fas est dicere, quæ hominis ignavi non vidit oculus, & aures inertis non audierunt; quæque in cor pigri non ascenderunt; & quæ Deo quodammodo possint vim inferre. Vidi quosdam ex innocentibus illis reis, totas noctes sub dio immotis pedibus stantes, & cum somno premerentur, vim naturæ inferentes; nullamque sibi omnino requiem indulgentes: alios seipso increpantes, & contumeliis afficientes; alios cælum intuentes, & inde adiutorium cum gemitu ac suspiriis invocantes.

III. Vidi alios, pergit idem Sanctus, reorum in morem, manibus post terga revinctis, luridas in terram facies, inclinantes; indignosque se cæli aspectu vociferantes. Alios jugiter pectora tundentes, & vitam suspirio ingenti revocantes. Alios lacrymis pavementum irrigantes, & qui lacrymas non habebant, miserè lamentantes. Alios in terra, cilicio & cinere strata, sedentes, & faciem genibus obtegentes, frontemque in terram collidentes. Alios mœrore confectos, sideratos, tenebris obritos, quasi sensu



150 *Domus aternitatis. Consideratio*  
omni carentes, & in abyssum humilitatis  
demersos. Sic beati illi faciebant, inquit  
Climacus, genua illis ex perpetua oratione  
ocalluerant; oculi deficientes, & in  
rūs profundè recesserant; genæ, ardore  
lacrymarum fervore, adustæ erant; facies  
pallidæ & marcescentes squabrant;  
pectora tunfionum ictibus dolebant;  
& livida sanguinem emittebant. O  
ille. O quàm rara, quàm stupenda presen-  
tia! Verùm quàm longè illa ab huius  
temporibus & regionibus exulat!

*Paranesis.*

**O** Peccatores! qui scarabæorum more  
in scelerum sordibus, vos voratis,  
& bibitis quasi aquam, iniquitatem:  
qui longè plura ac graviora fecistis  
crimina quàm David, Paulus, & penitentes  
illi, de quibus Climacus meminit, commisistis.  
Ubinam lacrymæ, si non corporis, saltem  
contriti spiritus? Ubi cor contritum &  
humiliatum David? Ubi castigatio corporis,  
qualis in Apolo? Ubi vigiliæ, ubi gemitus,  
ubi vincula, cilicia, pectoris tunfio



Novembris 8.

151

nes, facies pallida, aliáque veræ pœnitentia signa, à Climaco recensita? Ah! Nihil horum reperitur in vobis, hinc millies caditis, millies resurgitis, centies venenum evomit, centies resorbetis, & more canum ad vomitum, more porcorum ad luti volutabrum reditis; totam vitam in utramque partem claudicando, & jam Deo, jam Diabolo adhærendo transigitis: Ah! sapite tandem, seriámque pœnitentiam & fructus dignos facite: quia vobis aliud non restat salutis medium. *Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Lucæ c. 13. 5.

#### CONSIDERATIO XIV.

Medium I. Seu adjumentum æternæ Salutis,

Fides viva æternitatis.

*Credere oportet accedentem ad Deum, quia est & inquirentibus se, remunerator sit.*

Ad Hebr. c. 11. 6.

9. Novembris.

I. **P**Erpensis impedimentis; nunc quoque media, seu adjumenta nonnulla sa-

G 5

la sa-



152 *Domus aternitatis. Consideratio*  
la salutis perpendamus, inter quae, p  
mum locum tenet fides viva, pro q  
consideranda sunt haec verba Aposto  
*Sine fide impossibile est placere Deo*: qu  
fides est prima radix spei, charitatis,  
ligionis, pietatis, aliarumque virtutum  
quibus Deo placemus, sublatâ autem  
dice, arescunt & concidunt omnia: *Cre*  
*dere enim oportet accedentem ad Deum*  
*quia est, & inquirentibus se remunerat*  
*fit. l. c.* Haec duo recenset Apostolus  
quasi haec sola sufficiant, quia etiam  
dere oportet Deum trinum & unum  
Christum incarnatum, Crucifixum, &  
Mediatorem Dei & hominum, animam  
esse immortalem &c. Sed quia haec  
maximè requiruntur ad excitandâ spei  
ut quilibet fortiter obeat & sustineat  
tutis labores & agones. Credere igitur  
oportet 1. *Deum esse.* 2. *Remuneratorem*  
*esse bonorum operum.* 3. *Vindicem mal*  
*rum*; qui iustis retribuatur praemia aeterna  
peccatoribus supplicia sempiterna: atque  
haec in spe & metu homines continent  
II. Ut autem hi fidei articuli credantur  
in anima Christiana, probè operentur  
& fir



& fructum referant, necesse est, fides non esse flaccidam, aut languidam; sed vividam, vivacem, firmam, radicatum, ad quam D. Thomas. 2. 2. q. 5. a. 4. *Requirat ex parte intellectus, magnam certitudinem; & firmitatem; ex parte vero voluntatis, magnam promptitudinem seu devotionem, vel confidentiam.* Ad hanc autem plurimum conducit, bene apprehendere & intelligere authoritatem Dei revelantis, sive ejus sapientiam & veritatem infinitam, vi quarum nec falli potest, nec fallere. Hic autem Deus, promittit præmia æterna probis, tormenta improbis. *Tu reddes unicuique secundum opera sua.* Plal. 61. 11. Atque hoc primum motivum fidei vividæ.

III. Movere valet secundò, ad fidem firmam præmiorum & pœnarum æternarum, *Authoritas Christi Domini & Redemptoris, qui est veritas æterna, diciturque dixit: Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.* Matth. c. 25. 46. Tertiò movet *Authoritas Ecclesiæ, tot miraculis & signis; tot martyribus, virisque sanctis illustratæ,*



154 *Domus eternitatis. Consideratio*  
tam mirabiliter propagatæ, quæ hære-  
ritates semper tenuit, & contra hære-  
cos defendit, ut ex variis Conciliis, præ-  
sertim Florentino liquet. Quartò mo-  
uet authoritas S. Gregorii, S. Ambrosii,  
S. Augustini S. Hieronymi, S. Basilii,  
Chrysostomi, aliorumque SS. Patrum  
tam Latinorum, quàm Græcorum.  
Greg. L. 4. Dial. c. 18. *Sicut credimus*  
*Sanctorum animas in cælo, ita oportet*  
*per omnia credamus esse iniquorum*  
*mas in inferno, ex retributione æterna*  
*stittia.* Quintò movet Authoritas ju-  
rum in terris etiamnum degentium,  
cælesti gloria, tam strenuè laborantium  
ac pœnas orci metuentium. Sextò  
vent Testimonia Beatorum, ac Dam-  
torum à morte apparentium & ven-  
tem hanc confirmantium. His demum  
accedunt sententiæ ipsorummet Ec-  
corum, qui lumine rationis ducti, et  
campos, probis; Tantali, Titii, Sisypho  
pœnas æternas improbis statuerunt.

*Actus fidei.*

**C**Redo, Domine Deus meus, tam  
æternitate felici Beatorum in cælo



quàm de infelici Damnatorum in Inferno, quidquid tu nobis de utraque revelare dignatus es: idque credo, quia tu es infinita sapientia, quæ falli non potest, & æterna Veritas, quæ nequit fallere. Credo etiam quidquid dixit Dei Filius, nil hoc verbo veritatis verius. Nec tantum fide tepidâ & languidâ; sed vividâ, cum magna intellectûs certitudine, ac firmitate, & promptâ voluntatis devotione teneo. Authoritate SS. Ecclesiæ, Patrum, justorum viventium, & defunctorum permotus. O si hæc omnes Ethnici, omnes Judæi, omnes Athei, omnes hæretici, omnes mali Christiani, vivacissimè mecum crederent; quàm longè aliter vitam suam instituerent! Quàm longè alia esset rerum facies in orbe terrarum universo!

*10. Novembris.*

I. **C**onsidera ulterius admirandos effectus vivæ ac firmæ fidei æternitatis? qui tanti sunt, ut SS. Patres eam cum Sole comparare, minimè dubitaverint. S. Laurentius Justinianus in *Ligno vitæ.*



156 *Domus eternitatis. Consideratio*  
vitæ. de fide c. 5. ait: *Ipsa fides sicut in*  
*meridie; ita fulget in mente. Quemadmodum*  
dum enim Mundus corporeus, quidquid  
bonitatis ac decoris continet, merito  
materiali adscribit: ita quoque homo  
quidquid gratiæ & gloriæ possidet, merito  
optimo fidei virtuti, quæ æterna firmam  
credit, in acceptis refert, veluti enim omnia  
à sole lumen hauriunt; ita omnes veritates  
supernaturales ab homine cogitantes  
tæ; ab hac veritate: *Deus est & remunerator*  
*bonorum est* ortum ducunt. Hæc fides  
viva fuit in Abele de quo Apostolus  
Hebr. c. 11. 4. *Fide plurimam hostiam*  
*Abel, quam Cain obtulit Deo.* Hoc est  
fides quæ longè major & ardentior est  
in Abel, quam in Cain, excitavit eum  
majores & præstantiores hostias Deo  
offerret, quam Cain: nam Cain obtulit  
tantum Fructus terræ; Abel verò obtulit  
primogenita gregis sui & adipem eorum  
Gen. 4. 4. expectans præmium æternum  
II. Viva & devota fides æternorum  
Soli est similis: nam sicut omnia quæ  
mundo sunt vitam suam, quoad conser-  
vationem à Sole accipiunt; ita homo



quoque tam initium, quam progressum  
vitæ spiritualis, virtuti fidei æternitatis  
adscribit. Unde Apostolus ait: *In fide  
vivo Filii Dei.* Ad Gal. c. 2. 20. Redemp-  
toris & remuneratoris mei. Tolle hanc  
fidem, quid sperabis? Quid amabis? Quid  
timebis? Pone fidem hanc, & mox sequi-  
tur Spes, aliæque virtutes: *Vitam illam  
expectamus, quam Deus daturus est his,  
qui fidem suam nunquam mutant ab illo.*  
Tobiæ c. 2. 18. Hæc fides refulsit in E-  
noch, de quo S. Paulus: *Fide Enoch trans-  
latus est, ne videret mortem?* l. c. ad Hebr.  
c. 11. 5. At quomodo fide? Translatus  
est ob insignem vitæ innocentiam & san-  
ctimoniam, quâ velut cœlestem vitam  
duxit: quæ ex vivida fide orta est. Ideo  
*placuit Deo, & translatus est in paradysum.*  
Ecclesiast. c. 44. 16. Suo tempore trans-  
ferendus in paradysum cœlestem.

III, Ubi igitur hæc viva ac robusta  
fides æternitatis in anima tua radices  
jecerit, erit tibi, tanquam Sol, producens  
germina omnium virtutum: oritur enim  
pietas, amor, obedientia, castitas, forti-  
tudo, prudentia, temperantia, justitia,  
omnis-



158 *Domus eternitatis. Considera*  
omnisque perfectio. Aspiciamus Noë  
de quo idem Apostolus, *Fide, Noë, p*  
*sponso accepto, que non videbantur mo*  
*tuens, aptavit arcam in salutem Domus*  
*sua. Hebr. c. 11.* Cùm enim alii homines  
metum, reverentiam, fidem Numinis  
jecissent, riderentque minas Dei de fun-  
ro Diluvio; solus Noë timuit, & rever-  
tus est Deum, obedientiamque præstitit  
& per fidem sustinuit se in metu,  
constantia ac labore, fabricando arcam  
centum annis. *Per quam damnavit mo*  
*dum. l. c.* Ipso scilicet facto & rerum  
ventu, mundum damnavit incredulitas,  
quando ille submersus perit, Noë  
tem cum suis salvus evasit.

*Affectus fidei.*

**O** Domine! sicut Sol in meridie,  
fulgeat in mente mea viva & firma  
fides æternorum quæ sit. 1. Radix  
nium veritatum supernaturalium:  
bus illustratus, optima quæque tibi  
meo, Abel, non viliora cum Cain  
ram. 2. Velut Sol sit vitæ spiritalis  
nium & progressus; ut cum Enoch,



vivam, tibi placeam, coram te ambularem vitamque quasi Angelicam ducam, quâ peractâ, in cœlestem paradifum transferar. 3. Sicut Sol producat in me, omnium virtutum germina, ut cum Noë te timeam, te reverear, te amem, tibi obedientiam, labores omnes patienter sustineam, atque ita æternæ damnationis diluvium feliciter evadam. *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam!* Credo quod credidit Abel, quod credidit Enoch, quod credidit Noë. Credo quidquid de æternitate crediderunt Apostoli, Patriarchæ & Prophetæ: *Evigilabunt alii in vitam æternam, & alii in opprobrium ut videant semper.* Dan. c. 12.

11. Novembris.

I. Denique sicut Sol, tribuit pulchritudinem, calorem, lætitiâ; ita quoque fides viva æternitatis. I. Res mundi omnes pulchritudinem à luce per Solem haustâ, obtinent. Ita quidquid homo agit, à vivida fide æternorum, decorem & gratiam apud Deum nanciscitur. Hanc gratiam decoremque, assecutus est Pa-

Pa-



160 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Patriarcha Abraham, per fidem eternitatis beatæ. *Fide Abraham demora*  
*est in terra repromissionis tanquam in*  
*na, in casulis habitando. l. c. Magna*  
& heroica fides Abrahæ 1. Quia patri  
cognatos, domum & omnia deser  
2. Deum secutus est, & ex indigena  
regrinus factus. 3. In incertum est ve  
tus, nesciens quò iret. 4. Licet esse  
terra promissionis, in ea tamen nec  
dem terræ possedit. 5. Totâ vitâ  
grinatus est. Sed cur obsecro? quia  
operibus decorem, & pulchritudine  
promptitudinem, & alacritatem addidit.  
Credebat & sperabat domum eternam  
in cœlis. *Exspectabat enim fundamentum*  
*habentem civitatem, cujus artifex & aedifi*  
*cator Deus. l. c. v. 10.*

II. Deinde à Sole calor & fervor  
eò autem absente omnia frigent, sequitur  
tenebræ, vagantur noctuæ, circum  
volant vespertiones, fures & latrones  
grassantur; omniâque plena sunt  
culis. Sole autem ad hemisphærium  
strum redeunte, omnia mala & perniciosa  
abscedunt. Ita homo vivace fide



tus, in omnibus actionibus fervet, & inter pericula securus degit: eâ verò destitutus, in omnibus obsequii divini rebus, tepore ac frigore obsitus est. Tali fide eluxit Dux populi Israelitici Moyses, quanta enim in Ægypto passus est pericula, labores, difficultates; sed omnia fidei fervore generosè superavit; ut testatur de illo S. Paulus Hebr. c. 11. 24. *Fide Moyses grandis factus, negavit se esse Filium Filia Pharaonis; magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem: Majores divitias estimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi. Sed quid solabatur in afflictionibus? quid animabat in opprobriis? Æternitas beata. Aspiciebat enim in remunerationem. l. c. Scilicet æternam in cœlo.*

III. Ad extremum Sicut Sole absente regnat tristitia; sole autem oriente lætitia redit, homines & animalia exhilarantur, incipiunt opera & labores; simulque lucra & divitiarum acquisitio. Ita sole fidei, in corde nostro radiante, nascitur oblectatio. *Delectabile est enim videre solem,*

lem,



162 *Domus eternitatis, Considera-  
lem, & dulce lumen. Eccli c. 11. 7. Re-  
mitur labor, crescit meritum; Nox pre-  
mitur [ incredulitatis, tristitia, teporis ]  
autem ( fidei, gaudii, fervoris & illu-  
tionis divinæ ) appropinquavit: abjiciat  
ergo opera tenebrarum, & induamur  
lucis, sicut in die honestè ambulemus. Ro-  
c. 13. 11. Quanta energia & efficacia  
solis in Megalocosmo: tanta lucis &  
virtus atque emphalis est in Micro-  
cosmo; scilicet in homine. Omnia hæc  
exerunt in Patriarchis & Prophetis: Quod  
dicam, ait Apostolus, de Gedeon, Barak,  
Samson, Jephthe, David, Samuel, Prophetis  
qui per fidem vicerunt regna, operati sunt  
justitiam, obturaverunt ora leonum,  
gustiati, afflicti. Hebr. c. 11. 32. Quod  
tem omnes illos animavit, quid exci-  
tavit, & ad toleranda cum gaudio con-  
stita, excitavit? fides beatæ eternitatis.  
Non suscipientes redemptionem, ut  
rem invenirent resurrectionem, l. c. 35.  
ad gloriam sempiternam.*

*Actus fidei.*

**O** Igitur, vis fidei vivæ & firmæ  
miranda! O fides eternitatis &



æ & damnatæ, quanta tua est emphasis!  
tu omnibus actionibus decorem, tu fer-  
vorem, tu lætitiã addis; ut in Abra-  
ham, Moyse, cæterisque Patriarchis ac  
Prophetis elucet. Quare in hac fide vi-  
vida & robusta, cum gratia Dei me iden-  
tidem exercebo: Credo igitur, quidquid  
de æternitate felici & infelici, prædixêre  
Prophetæ. Credo quidquid prædicave-  
runt Apostoli, & Evangelistæ scripto  
consignavêre. Credo quidquid credide-  
runt SS. Christi Martyres, qui Dei amore  
& beatæ æternitatis, sanguinem suum  
fuderunt. Credo quidquid crediderunt  
SS. Ecclesiæ Doctores, qui documenta  
tam præclara de æternitate in suis volu-  
minibus nobis reliquerunt. Credo quid-  
quid crediderunt sanctitate & doctrinâ  
inaclyti, Pontifices, Episcopi, Confesso-  
res, Sacerdotes, Monachi & Eremitæ,  
qui pro vita æterna obtinenda, & morte  
æterna evadenda, tam multa, tamque ar-  
dua fecêre & toleravêre. Credo quod  
illi crediderunt, scribo quod illi scripse-  
runt, prædico quod illi prædicarunt, do-  
ceo quod docuerunt. Da mihi solùm,  
Do-

Do-



164 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Domine, ut quod corde credo, &  
confiteor, opere ac veritate, vitâ, morte  
& sanguinis profusione demonstrarem,  
que ostendam tibi ex operibus fidem meam.  
S. Jacob. ep. c. 2. 28.

## CONSIDERATIO XV.

Medium II. *Æternæ Salutis.*

Spes firma beatæ æternitatis.

*In te Domine speravi, non confundar  
eternum. Psal. 30. 2.*

12. *Novembris.*

I. **Q**uemadmodum viva fides, ita  
firma ac robusta spes, sive fiducia,  
consequendæ beatæ æternitatis, magis  
num est adjuvamentum salutis. Est enim  
vocatur à S. Paulo *Galea salutis*. 1. Thim.  
c. 5. 8. Sicut autem galea principem  
poris partem, puta caput ipsum, à  
cætera membra totusque homo penetra-  
tuetur ac communit: ita spes salutis  
gloriæ cœlestis, ac vitæ immortalis, in-  
vat & communit caput, id est hominis  
cogitationes, fines & intentiones;  
omnia hominis desideria, verba & opus.



dirigunt, movent & gubernant. Deinde Spes, velut *anchora* navem, nos inter adversitatum tempestates ac procellas, figit, & roborat. Denique sicut Spes lucri, pecuniae & honoris, in mundo omnes movet & excitat, ad laborandum pugnantumque, Mercatores, Nautas, Milites, Agricolas. Ita spes aeternae gloriae, ad omnia virtutum exercitia excitat ac promovet. Ex quibus patet, quanto conatu ac studio, haec virtus quaerenda & procuranda sit.

II. Considera igitur, motiva, quae ex parte Dei, ejusque attributorum [ad septem ea reducimus] te ad spei firmitatem; quod salutem aeternam consecuturus sis, permovere valeant: ut cum Davide dicere queas: *In te Domine speravi, non confundar in aeternam.* I. c. I. Motivum est, divina, *Majestas*, cujus proprium est misereri semper & parcere: unde David ait. *In te Domine speravi, qui es Dominus immensae Majestatis & clementiae.* II. Motivum est; *Justitia* divina; cujus est, fidelibus servis suis, reddere mercedem laborum. Ideo David: *In justitia tua libera me:*

*me:*



166 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*me: eodem psalmo v.2. III. Motivum*  
spei, est divina *Bonitas*: licet enim  
malus & multis obnoxius sim peccator  
bonisque caelestibus indignus, Dei tamen  
mei *Bonitas* infinita me erigit: haec enim  
facilis est in dimittendo, prona in excu-  
diendo & prompta in adjuvando: hinc  
David clamabat: *Inclina ad me auram*  
*tuam. Accelera ut eruas me* l. c. v. 3.  
infinita tua bonitate.

III. Motivum IV. animum ad  
erigens est *Omnipotentia* divina  
quae nullo negotio, me salvare; omnia  
lucis impedimenta remove; omnia  
dia suppeditare potest: ideo rursus  
vid petebat: *Esto mihi in Deum*  
*protectorem & in domum refugii, ut salvum*  
*facias.* l. c. v. 3. *Quoniam fortitudo*  
*& refugium meum es tu.* v. 4. V. Motivum  
est *Sapientia* divina, quae mille modis  
vialque me eripiendi ac juvandi  
ut salutem aeternam adipiscar.  
David plenus spe agebat: *Educes me*  
*quoque hoc, quem absconderunt mihi*  
*niam tu es protector meus* v. 5. omnia  
sidiarum & laqueorum ab hostibus



fructorum, maximè gnarus. VI. Moti-  
 tivum *Fidelitas* seu Veritas divina; quæ  
 non potest non, ex parte sua stare pro-  
 missis. *Redemisti me Domine Deus ve-*  
*ritatis. In manus tuas commendo spiritum*  
*meum. v.6.* VII. Motivum denique est  
 infinita Dei *miser cordia*, quâ misertus  
 mei, non sinet animam meam descendi re  
 in perditionem. Unde Vates regius lætus  
 dicebat: *Ego autem in Domino sperabo, ex-*  
*ultabo & letabor in misericordia tua. v.8.*

*Affectus spei.*

**O** Domine Deus, salutis meæ! Flu-  
 ctuant alii inter spei & desperatio-  
 nis confinia; hæreant alii inter fiducia  
 & timoris extrema: titubent alii inter  
 salutis & damnationis bivia; alii currant  
 ad laqueum & præcipitia; paveant alii &  
 mera sibi imaginentur interitûs pericu-  
 la. Ego autem *in te Domine speravi, non*  
*confundar in æternum* l.c. In te speravi,  
 spero & sperabo: *Quoniam tu Domine*  
 [propter justitiam, bonitatem, omnipo-  
 tentiam, sapientiam, fidelitatem ac mise-  
 ricordiam tuam summam] *singulariter*  
*in spe, constituisti me. Psal. 4.9.*

Pars IV.

H

13. No.



13. *Novembris.*

I. **C**onsideratis attributis divinis, considera septenos titulos, qui spei & fiduciam beatitudinis consequentem mirificè roborant, & veluti septena ligulae sunt, literis promissionis divinae appensa. I. Titulus, te & quemlibet illum potens valde erigere, in spem tuam, quòd divina Benignitas salutem aeternam, omniaque ad eam media necessaria, tibi concessura liberaliter sit hic; quòd sis ejus *Creatura*, cui vult, quam amat; *Nihil enim odisti, quae fecisti.* Sap. c. 11. 25. Et ut amat opus suum: & ut Creator creaturam suam quam ad beatitudinem aeternam creavit ac destinavit. *Habetis etiam vestram in sanctificationem, & verò vitam aeternam.* Rom. c. 6. 22. II. Titulus est: *Quia Dei & Christi Pastoris boni, oviculae es*, pretio sanguinis ejus redempta, tam sollicitè quae cum gaudio tanto inventa. Si ergo pastores & Opiliones, tam solliciti pro ovibus suis, ne pereant, & in fa-



lupi incidant; quàm sollicitus erit Pastor æternus, & summè bonus; ut lupi infernalis faucibus oviculas suas eripiat, & ad pascua paradisi cœlestis perducatur? *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Joan. c. 10. 10. *Et animam meam pono pro ovibus meis.* ibid. v. 15.

II. Spem & fiduciam obtinendæ salutis perpetuæ plurimùm auget Titulus

III. Quia *Christianus es*, non Judæus, non ethnicus, non atheus non hæreticus; sed Ecclesiæ Christi Catholicæ membrum; cujus ipse est caput, quod membra sua protegit & ab interitu vindicat.

Si igitur Deus Israelitas, tam paternè duxit per desertum in columna nubis & ignis, ad terram promissionis; quanto majore sollicitudine & curâ Christus, te velut membrum suum, ducet ad terram

lacte & melle cœlesti manantem? IV. Titulus est, quia *servus Dei es*, cui servis:

servo autem fideliter Domino famulanti, debetur merces: quidni igitur & tibi dabit quod promisit, stipendium, & delictarium. *Ecce serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te con-*



170 *Domus eternitatis. Consideratio  
strenua. Matth. c. 25. 11. V. Titulus  
quia Deum amicum habes, & tu ipse  
amicus Dei es: ut ipse dixit discipulis  
Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praedico  
vobis. Joan. c. 15. 14. Et ego dabo  
vobis (velut amicis) regnum; ut edatis  
bibatis super mensam meam, in regno meo  
Lucæ c. 22. 29. Amico tam sincero,  
non fidat? An amicus tam fidelis, qui  
cum deseret?*

III, Spem & fiduciam felicitatis  
nae consequendae, vel maximè roborat.  
Titulus VI. Quia es *Filius adoptivus Dei*.  
Ideo indies oras: *Pater noster*, rogat  
ut tibi adveniat regnum ejus; & quid  
ter tam amabilis, tam dives, tam liber  
negabit ei, quem in Filium assumptum  
Quis de corde adeò benevolo ac patre  
dubitet? *Si enim vos, cum sitis mali, bona  
bona data dare Filiis vestris; quanto magis  
Pater vester caelestis dabit spiritum bonum  
[ & caelum ipsum ] petentibus se? Lucæ  
11. 13. Titulus VII. Quia sponsa caelestis  
gis caelestis: ait enim per Prophetam  
Sponsabo te mihi in sempiternum. Osee  
c. 2. Si jam nullus Rex terrenus spon-*



sibi dilectam deserit : & Assuerus Rex  
 Estheri Reginae , dimidium regni sui of-  
 fert ; quantò magis Rex cælestis infinite  
 liberalis, nihil sponsæ suæ negabit , inte-  
 grumque beatitudinis regnum donabit?  
 Quis credat, Regem cæli passurum ; ut à  
 Rege terreno, liberalitate vincatur?

*Actus spei.*

**D**omine JESU , spes mea & salus mea,  
 simulque *Spes omnium finium terra.*  
 Psal. 70. Spero firmiter & confido indu-  
 bitanter, per merita tua, quæ sunt infiniti  
 valoris, beatitudinem æternam, unà cum  
 gratia & perseverantia finali, aliisque  
 mediis utilibus ac necessariis. Et quidni  
 sperem tot titulis validis communitus,  
 tanquam promissionis factæ sigillis? Tu  
 enim es Creator, ego creatura: Tu Pastor  
 bonus, ego ovicula. Tu caput Ecclesiæ,  
 ego membrum. Tu Dominus meus, ego  
 servus. Tu Amicus fidelis, ego amicitia  
 junctus. Tu Pater, ego filius. Tu Spon-  
 sus, ego sponsa. Et nisi ego te prius de-  
 seram, quod, per gratiam tuam, nun-  
 quam committam, quâ ratione me dese-



172 *Domus aternitatis. Consideratio*  
rere poteris? In te Domine speravi  
spero: & sub umbra alarum tuarum  
rabo, donec transeat iniquitas. P. sal. 56.

14. *Novembris.*

III. **D**ivinis attributis, ac septenariis  
tulis, adjuuge tam multa, tam  
que magna tibi à Deo præstita benedi-  
cia, tum communia, tum particularia  
tibi que propria; & clarè perspicies, quæ  
arrhas & pignora æternæ salutis obtinenda  
possideas, quæ spem tuam maxime  
confirment. Exemplo S. Augustini. sol. 26.  
sic sese in spem erigentis: *Spes magna*  
*subest de te Deus meus, & consideratio*  
*multitudinis miserationum tuarum apud*  
*te sunt, sublevat mentem meam præ-*  
*cedentia signa misericordie tue, quæ*  
*antequam nascerer. prævenerunt, & spe-*  
*cialiter in me effulserunt; de futuris*  
*magnitudinis tue melioribus & perfectioribus*  
*muneribus quæ amicis tuis reservas, spe-*  
*meam admoneant, ut in te latetur. Deus*  
*meus, letitiâ sanctâ & vivâ semper*  
*latificas juventutem meam. Nunciamur*  
*rum ob dona & bona æternitatis beati*



Considera igitur hæc beneficia; & præterita, spem futurorū mirificè firmabunt.

II. Dominus Deus tuus, ex infinitâ bonitate & misericordia tua, ab æterno te dilexit: & ex hoc fonte amoris infiniti; hi profluxere dilectionis & beneficentiæ rivuli. 1. Ipse te in tempore creavit, animâ & corpore, potentiis, sensibus & membris instruxit. 2. Ipse te ab innumeris corporis & animæ periculis liberavit. 3. Ipse te tam multis, variisque rebus a deo paternè sustentavit, aluit, vestivit, & bonis suis te locuplectavit. 4. Ipse pretioso Filii sui sanguine te redemi voluit. 5. Ipse te à Parentibus, non infidelibus & hæreticis; sed Christianis & Catholicis nasci fecit. 6. Ipse in pueritia, adolescentia & juventute, à variis seductionibus & corruptionibus te præservavit. 7. Ipse à peccato originali per baptismi lavacrum te mundavit, & ovibus Ecclesiæ suæ annumeravit. 8. Ipse post primum peccatum lethale, non, ut facere poterat, ad infernum te præcipitavit; sed ad pœnitentiam clementer adduxit. 9. Ipse toties in peccata relapsus, per sa-



174 *Domus eternitatis. Consideratio*  
cramentum pœnitentiæ abluit & in gratiam recepit. 10. Ipse toties sacrosancti Filii sui Corpore & Sanguine te refecit.  
11. Ipse ad hunc amabilem statum te vocavit, & in eo tot salutis æternæ mercedem suppeditavit. 12. Denique innumerabilia, tum occulta, tum manifesta beneficia in te contulit: & tu post tot, ac tam luculenta divini erga te amoris testimonia & signa manifesta diffides, spem salutis abjicies? Absit, absit: *In te Domine speravi non confundar in æternū. Ps. 30.*

III. Unum occurrit, quod sperari deatur posse minuere, scilicet committere à te peccata: verum si doleas, si expies, si confitearis, si vitam emendes, ne amittas: cogita misericordiam Dei. Christi merita, infinitè majora esse, quam sint tua & mundi universi peccata. Peccata enim omnia ad illa sunt, veluti guttæ ad oceanum immensum, velut aquæ ad aut acervus nitrati pulveris ad ignem finitum; quàm enim facilè hic abluatur stillam aut pulverem; tam facilè Deus misericordia & Bonitas consumit mercedem, modò agamus pœnitentiam &



mendemus vitam. Si fuerint peccata vestra ut coccinum [ seu instar coccini sanguinea, id est valde enormia & horrenda ] quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Isaicæ c. 1. 18. Et planè diluentur, ita ut ne vestigium quidem appareat.

*Affectus spei.*

**O** Domine! tu es spes mea à juventute mea. Psal. 70. Usque ad senectam & senium. Et quomodo, tot tantisque cumulatus beneficiis in te non sperabo? An frustra, ista omnia mihi præstitisti? An tot media, & non finem voluisti? Sanè minora præcedentia, de futuris majoribus benignitatis tuæ muneribus, luculenta præbent argumenta. Spero igitur propter illa, in te Domine, & spero quia tu jubes me sperare. Spero quia tu prohibes desperare, mortemque desperantibus æternam minaris. Spero salutem æternam, quia tu vis omnes homines salvos fieri, & neminem vis perire. Præterdant alii alia: tua me omnipotentia erigit; quæ valet omnia: tua me Bonitas firmat; quæ

H s

vult



176 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*vult nobis bona omnia; tua promissio*  
*borat, qua promisit omnia: tui Filii me*  
*confirmant, qua mernerunt omnia: la*  
*Domine speravi, non confundar in*  
*num. S. Bern. in psal. qui habitat.*

## CONSIDERATIO XVI.

Medium III. Aeternae Salutis.

Timor aternitatis.

*Timete eum, qui potest & corpus & animam*  
*perdere in gehennam. Matth. c. 10, 33*

15. Novembris.

I. **C**ONSIDERA Christianis, non tantum  
esse sperandum; sed etiam esse  
mendum; spes enim impellit ad bonum,  
timor retrahit à malo. Et à malo libera-  
*Nisi subversionem veriti fuissent Ninivites,*  
*utique subversi fuissent: quia verum*  
*tam metuebant, non subvertebantur. Sicut*  
*lavinium veriti fuissent, qui temporibus*  
*vixerunt, submersi sane non fuissent.*  
*Sodomitae si incendium metuissent, combu-*  
*non fuissent. Inquit S. Chrylost. Homilia*  
*in Epist. 2. ad Thessal. c. 1. utilis est*  
*timor Domini est, Unde hortatur Da-*



*Servite Domino in timore.* Et Ecclesiasticus c. 1. *Qui sine timore est, non potest justificari.* Est enim timor quasi frœnum à peccatis retrahens: nam *Timor Domini expellit peccatum.* l. c. virtutesque custodit. *Sicut securitas, inquit S. Bernardus, vel desidia mater est omnium delictorum; sic timor Domini [ æternum damnare valentis ] radix est & custos omnium virtutum* serm. de 7. donis. Ideoque D. Thomas eam nuncupat *fundamentum salutis.* 2. 2. q. 19. a. 7. *Omni igitur studio cuilibet Christiano, conservandus est hic timor, tanquam basis & medium præclarissimum æternæ salutis.*

II. Desiderásne audite causas timoris? recensebo nonnullas; quibus perpensis, non dices, ut reor, *cur timebo?* Causa igitur I. Timoris, est iustitia divina, nullum peccatum relinquens impunitum: alias non esset justus. *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum.* Psal. 110. II. Causa timoris est multitudo peccatorum tuorum; scis te peccasse; utrum dignam egeris pœnitentiam, ignoras. *De propitiato peccato noli esse sine metu.*



178 *Domus aternitatis. Consideratio*  
Eccli. c. 5. 5. III. *Causa timoris est la-*  
*sus & pœna Angelorum reproborum*  
*quia si columnæ cæli ceciderunt, quid bi-*  
*ciet arundo ?* IV. *Causa timoris, statu-*  
*gratiæ dubius : Nescit homo utrum am-*  
*an odio dignus sit. Eccle. c. 9. 1.* V. *Causa*  
*timoris, incertitudo meritorum : quæ*  
*utrum in omni vita tua ullum actum me-*  
*ritorium ac supernaturalem elicueris,*  
*eo nullam habes certam scientiam.*

III. *Causa timoris VI. est partici-*  
*patio peccatorum alienorum : reddere*  
*enim erit tibi ratio coram Iudice sup-*  
*remo, non solum de peccatis propriis ;*  
*sed etiam de alienis, Subditorum, Fili-*  
*rum, Domesticorum, Discipulorum*  
*Pœnitentium, Auditorum. Si quis ex*  
*suorum, maxime domesticorum curam*  
*habet, fidem negavit, & est infideli detest-*  
*1. Tim. c. 5. 8.* VII. *Causa timoris est*  
*perditas tua : cui minatur Dominus. Qu-*  
*tepidus es, incipiam te evomere ex ore me-*  
*Apoe. c. 3. 16.* VIII. *Causa timoris, timor*  
*inconstantia tua in bono ; quoties cla-*  
*dicas in utramque partem ? omni vento*  
*& tritone variabilior ?*



*Affectus timoris.*

**Q**uis non timeat te, Domine Deus  
 terribilis ac metuende? Timeo  
 propter justitiam tuam infinitam. Timeo  
 ob multitudinem peccatorum: timeo ob  
 lapsum Angelorum, timeo ob statum  
 gratiæ incertum & dubium meritorum.  
 Timeo ob peccata aliena, & ob propriam  
 tepiditatem atque inconstantiam. Ac  
 propter ista timeo gehennam, toties pro-  
 meritam. Timeo vindicem manum tuam,  
 cui nemo resistere, quam nullus potest  
 effugere: ais enim: *Ego occidam, ego vi-  
 vere faciam; percutiam & ego sanabo: &  
 non est, qui de manu mea possit eruere: le-  
 vabo in coelum manum meam, & dicam:  
 Vivo ego in aeternum.* Deut. c. 31.

## 16. Novembris.

**U**lterius merito timorem incutiunt  
 peccatori sequentia. IX. Causa  
 timoris est divina omnipotentia, quæ  
 potest corpus & animam perdere in gehennam. l. c. X. Causa timoris, divina Sa-  
 pientia, quam nullum latet secretum;

H 7

cujus



180 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*cujus oculis nuda & aperta sunt omnia*  
Ad Hebr. c. 4. 13. XI. *Causa timoris*  
*divina Bonitas & misericordia, totum*  
*te læsa, & ingratitude ac malitiã tuã*  
*fenfa.* XII. *Causa timorem incutit*  
*est passio filii Dei. Quia si in viridibus*  
*hec faciunt, in arido quid fiet?* Lucã c. 12.  
31. XIII. *Causa timoris est judicium*  
*divinorum abyssus: Judicia tua abyssus*  
*multa.* Psal. 35. XIV. *Causa timoris*  
*certitudo perseverantiã, in statu gratiã*  
*ille enim solus, Qui perseveraverit*  
*que ad finem salvus erit.* Matth. c. 10. 22.

II. Denique XV. *Timorem incutit*  
*mors amara; judicium formidabile*  
*apertio librorum conscientiã; revelatio*  
*peccatorum coram toto mundo; separatio*  
*ovium ab hædis; fulmen decretorum*  
*sententiã; executio ejusdem inevitabilis*  
*ac postremò ipsa gehenna, ac tormentum*  
*ejus sempiterna. Va misero mihi!* ex  
mat S. Augustinus L. de spir. & an.  
*enim in regione umbra mortis, nescio*  
*meum, nescio si dignus sim amore vel*  
*nescio quando de corpore egrediar. Egrediar,*  
*sed nescio quando, & fortassis*



supremus est: propterea tremens & pavens  
 quotidie mortem exspecto, quæ ubique mihi  
 minatur, diabolus. Suspectum habeo, qui  
 ubique mihi insidiatur: timeo & paveſco  
 ultimam diſcuſſionem & iram diſtricti ju-  
 dicis, ne pro peccatis meis mittat me in ge-  
 hennam ignis. Et quis sanæ mentis non  
 timeat? Timenda profecto est gehen-  
 na propter gehennam, metuendus infer-  
 nus propter infernum. Quem enim hor-  
 rore ac timore non percellat pœna dam-  
 ni & æterna à summo bono suo separa-  
 tio: & pœna sensûs, ignis nimirum in-  
 extinguiſibilis, cum fame & siti, reli-  
 quisque suppliciis nunquam finiendis?  
 Propter omnia ista, mi Domine; timeo.  
*Conſige timore tuo carnes meas, à judiciis  
 enim tuis timui.* Psal. 118.

III. Et quis peccatorum non timeat  
 æternitatem infelicem, quando viros vel  
 sanctissimos videt expalleſcere? Timet  
 Propheta regius, dum annos æternos in  
 mente habet: *Turbatus sum, inquit, &  
 nunquid in æternum [me à facie sua] pro-  
 jiciet Deus?* Psal. 76. 6. Timet & pavet  
 Job vir simplex, rectus ac timens Deum,  
 qui



182 *Domus aternitatis. Considerabo*  
qui de se fatetur: *Semper quasi tumentis*  
*super me fluctus, timui Deum, & pondus*  
*ejus ferre non potui, c. 31. 23. Timeo*  
Prophetæ & timorem populis incutiunt  
dum hortantur ad saccum & cinerum  
pœnitentiæ. Joel. c. 1. Minantur peccato-  
toribus ignem & perditionem. Amos  
c. 1. Prædicunt confusionem & interitum  
sempiternum. Abdias c. 1. Vanantur  
consumptionem montium, & scissionem  
vallium, instar ceræ, à facie ignis. Micheas. c. 6.

*Affectus timoris.*

**O** Domine! quot titulos, causas  
timendi habeo; & quàm parùm  
meo? unum ex omnibus prædictis, me  
tò maximum mihi incuteret horrorem  
quid igitur omnia simul? Timeo san-  
ctam hennam, & timeo, quia non satis timeo  
non satis timeo, quia non satis timeo  
caveo peccata; nec ad illa paveo & tremisco.  
Unius sceleris reus, tremisco ante  
conspectum Principis; & ego tot scelerum  
reus, non tremo ante vultum iustitiæ  
Majestatis? Timent illustres sancti



tate; & non timet plenus iniquitate. O  
quis ad tormenta sempiterna, nisi stupi-  
dus & amens sit, non tremat? Quis, si rite  
perpenderit, non expallescat? *Totus tremo  
atque horreo, ad memoriam istius regionis  
[infernalis] & concussa sunt omnia ossa  
mea.* S. Bern. ser. de 5. region.

## 17. Novembris.

I. **C**onsidera, anima mea, si ita timent  
cedri, quid facient myricæ? Ti-  
ment frumenta electa; quid facient pa-  
leæ? Timent viri secundum cor Dei; quid  
facient viri secundum cor Mundi &  
Diaboli? Timent viri simplices & recti;  
quid facient duplices, impostores, vafri  
& astuti? *Fugit ovis tremebunda, venien-  
te lupo: abscondit se columba tremens,  
accipitre viso: de caverna mus exire non  
audet esuriens, ambiente catto.* S. Bern.  
Epist. 40. Et tu lupum rapacem, accipi-  
trem stygium, cattum, canemque tarta-  
reum non reformidabis? Intuere Sancto-  
rum Patrum exempla, & ab iisdem disce  
timere ac tremere.

II. Timet S. Augustinus Ecclesiæ Do-  
ctorum



184 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Etorum aquila : qui dum virorum  
strium ruinas animo recolit , tremore  
concutitur. Soliloq. c. 29. ubi ait. Vi-  
mus multos, Domine, & audivimus a  
tribus nostris [ quod utique sine magno  
tremore non recolo, sine multo timore  
non confiteor ] ascendisse primitus, quod  
dammodo usque ad cælos, & inter  
nidum suum collocasse; postmodum  
tem cecidisse usque ad abyssos, & am-  
eorum in malis obstupuisse. Vidimus  
stellas de cælo cecidisse, ab impetu  
riendis caudæ Draconis. Et eos qui  
bant in pulvere terræ, à facie suble-  
manûs tuæ, Domine, mirabiliter al-  
disse. Vidimus vivos morientes, & mor-  
tuos à morte resurgentes : & eos qui  
filios Dei ambulabant, in medio lap-  
ignitorum, quasi lutum ad nihilum  
fluxisse. Hæc cum timore & tremore  
censet Augustinus ; & ullusne fragilitatis  
suæ conscius, non timeat ?

III. Timet quoque insignis Ecclesie  
Doctor S. Hieronymus : qui licet in  
mo degens, lacrymis madens, jejuna  
squalens, & saxo pectus feriens, leti-



tamen auribus suis quasi insonantem audiebat tubæ ultimæ clangorem: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Timet S. Bernardus serm. 16. in Cant. dicens: *Paveo gehennam, paveo iudicis vultum, contremisco à dentibus bestia infernalis; horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum & vaporem, & sulphur, & Spiritum procellarum: horreo tenebras exteriores.* *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut prævenerim fletibus fletum & stridorem dentium.* Par ratione timet S. Cyrillus, S. Ephrem, S. Chrysostomus, aliique Sancti Patres & Ecclesiæ Doctores. Timent ergo sibi, ne confringantur, vasa auri solida; & vasa lutea, vasa vitrea, vasa tam fragilia non timebunt?

*Affectus timoris.*

**Q**uis non timebit te, Rex Gentium?  
 Quis non pavebit ad occursum tuum? Quis ad vocem tonitruum tui non formidabit? Qui gladium tuum ut fulgur acuis, & punis in æternum? Pavent Ecclesiæ lumina, doctrinæ prodigia, sanctita-



186 *Domus æternitatis. Consideratio*  
Stitatis exempla: & ego vanitatis specu-  
lum, leve arboris folium, specimen ig-  
rantia, inconstantia & malitia ex-  
plum, non pavebo? Ego, qui millies  
pono meliora, millies deteriora sequor,  
millies mundor, millies maculor: millies  
cado, millies resurgo, mihi fidam, & per-  
cula lapsus, æternaque supplicia non  
formidabo? Sanè hæc qui non timet  
ecquid tandem timebit? Hæc dei  
anima mea, age: *Si amor Dei tenere  
potest, saltem teneat & terreat timor  
cis, metus gehenna, laquei mortis,  
inferni, ignis urens, vermis corrodens,  
phur foetens, flamma tartarea &  
mala.* Hugo. L. 3. de anima.

## CONSIDERATIO XVII

Medium IV. *Æternæ Salutis.*

*Amor æternitatis.*

*Concupiscit & deficit anima mea in  
Domini. Psal. 83. 3.*

18. *Novembris.*

**S** Bonaventura in opusculo de  
tem itineribus æternitatis do-



quartum iter; est æternorum charitativa affectio. De qua S. Bernardus serm. 83. in Cantica. *Magna res est amor, si ad suum recurrit principium, si sua origini reducitur, si refusus suo fonti, semper ex eo sumit, unde jugiter fluat.* Hic igitur amor Dei æterni, & æternorum bonorum cælestis patriæ, medium & adjumentum est præcipuum obtinendæ beatitudinis. Est enim 1. *Vinculum perfectionis.* Coloss. c. 3. seu nexus omnium virtutum, in quarum cumulo sita est Christiana perfectio. Est 2. *Plenitudo legis, idest consummatio & adimpletio, finis & scopus legis.* *Plenitudo legis est dilectio.* Rom. c. 13. Est 3. *Virtutum principium & finis, radix & fundamentum, simulque fastigium.* S. Chrysost. *Principium* quidem, à quo virtutes omnes sumunt exordium: *finis* in quem desinunt. *Radix* à qua pullulant, velut germina beatæ æternitatis. *Fundamentum* à quo surgit ædificium spirituale & usque ad cælos erigitur. *Fastigium* in quo desinit & finitur.

II. Charitas autem sive amor supernaturalis, duplex est: scilicet *amor concupiscent-*



188 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*piscentia*, quo amo aliquid, ut mihi bo-  
num: & *amor benevolentia*, quo amo bo-  
num propter se. Et uterque hic amo  
spectat ad beatitudinem nostram: amo  
*benevolentia* seu *amicitia*; quo Deo  
omne bonum volumus: & amo con-  
*piscentia*, quo Deum amamus nobis, co-  
pientes eum possidere. Sicut & gaudium  
*amicitia*, quo gaudemus Deum tam  
bonis affluere: & *concupiscentia*, quo  
de eo possesso lætamur. *O anima mea,*  
*signata Dei imagine, redempta Christi*  
*guine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata*  
*virtutibus, deputata cum Angelis!* *Quis*  
*illum, a quo tantum dilecta es: intende*  
*qui intendit tibi: quare quarentem te*  
*amatorem tui, à quo amaris, cuius amo*  
*preventa es, qui est causa amoris tui.*  
*est meritum, ipse premium, ipse fructus,*  
*ipse usus, ipse finis. S. Aug. med. 24. Ne*  
*veniamus ad praxin amoris.*

III. Primò. Amo amore con-  
*centia*, beatam patriæ cælestis æterni-  
tem, tanquam mihi bonam ac jucundam  
ut in illa Sionis dilectæ urbe, plateis  
reis, portis gemmeis, Sanctis tanquam



stellis radiante, Deo meo, summo bono meo, æternùm fruar, gaudeam, delecter & satier. II. Sed magis amo, amore benevolentia, ipsum cæli Dominum, in quo infinitè est, quidquid possum concupiscere: scilicet omne bonum, omne pulchrum, omne delectabile; omnis dulcedo, omnis quies, omnis thesaurus, omnis nobilitas, Majestas, gloria, sapientia, potentia, vita æterna, & quidquid boni mens valet concipere, & infinitè amplius.

III. Amo autem illum, non propter me; sed propter bonitatem & excellentiam suam infinitam. Amo illum propter pulchritudinem suam æternam, semper novam, semper antiquam: unde semper novam? nisi quia infinitam; unde semper antiquam? nisi quia nunquam aliã. Amo illum propter bonitatem, pulchritudinẽ, & suavitatem immensam, sic efflorescentem ortu perpetuo; ut tamen antiquitate sit cana: & rursus sic grandævã, ut convescat nunquam, sed semper sit nova.

*Affectus amoris.*

O Bonitas infinita! Pulchritudo æterna! suavitas immensa, amo te amore  
con-



190 *Domus eternitatis. Consideratio*  
concupiscentiæ, ut æternum delectem  
te: sed magis te amo, amore amicitie  
benevolentie, ut delectem te. O Bonitas  
dulcedo, pulchritudo æterna, æterna  
amore dignissima, amo te super omnia  
O quam doleo, quod hæctenus, tam ex  
guo, tamque sero amore te dilexi  
*Serò te cognovi, serò te amavi, pulchritudo*  
*tam antiqua, pulchritudo tam nova,*  
*te amavi.* S. Aug. solil. Da, ut deinceps  
mora, ex toto corde, ex tota anima,  
omnibus viribus te diligam, in tempore  
& æternitate! Da ut quod credo video  
quod spero assequar; quod amo teneam  
in cœlesti beatitudine.

19. *Novembris.*

I. **U**Lteriùs discamus & exerceamus  
actus Charitatis. Amo amore  
concupiscentiæ vitam æternam, in regno  
cœlesti possidendam, tanquam vitam  
nam, utilem ac salutarem. O vita æterna  
vita optata, vita beata, quando te  
commutabitur, hæc vita mea misera  
regnum gloriæ! O regnum lætitiæ  
regnum felicitatis æternæ, quando te



admittes me, ut fruatur te, beer in te, gaudeam de te sine fine? Sed quia hæc spes differtur, anima mea multum affligitur.

Interea *Libet me tuæ intendere Claritati, delectant me bona tua avido corde; quanto plus mecum valeo considerare, tanto plus amore tui languo, tui vehementi desiderio, tuique dulci memoriâ admodum delector.* S. Aug. man. c. 12.

II. Sed magis amo amore benevolentia & amicitia, ipsum fontem omnis boni, fontem vitæ, Regem gloria, Regem sæculorum immortalem: principium sine principio, finem sine fine. Amo illud bonum *solum*; quia *nemo bonus nisi solus Deus*: amo bonum *primum* & *primævum*, ante quod nullum aliud: amo bonum *à se*, bonum non ab alio bono bonum; sed bonum in seipso, & à seipso bonum: amo bonum, *causam* omnis boni, à quo sunt omnia bona, & nullum omnino est bonum, quod non ab ipso sit bonum. Amo bonum *stabile*, bonum *fidele* semper, bonum ante & post omne bonum, ab æterno in æternum. Bonum *immensum*, bonum sine numero, sine



192 *Domus aeternitatis, Consideratio*  
pondere, sine mensura: & tamen me-  
ra, pondus & numerus omnis boni,  
fontalis omnium bonorum universa

III. Amo autem hunc Deum me-  
hoc Bonum solum, primum, summum  
non propter me; sed propter se: pro  
bonitatem, pulchritudinem, excellen-  
tiam, Majestatem suam summam, quae  
continet in se: ô quid hoc amore  
nium! Quid indignius, præ hoc infinitum  
bonitatis oceano amari guttulam, in-  
rem creatam? Amo quoque hoc Bonum  
summum ob bonitatem, charitatem, be-  
nificentiam, quam in me demonstra-  
totque benignitatis rivulos in me  
vavit: quanto charitate perpetua  
me, in funiculis Adæ attraxit me, et  
faucibus extraxit me, per Filium  
unigenitum, à morte peccati suscipuit  
me: perdidit se, ut acquireret me, pro  
gus sui, tenax mei; mortuus pro me,  
ego viverem pro se, eò collimans, ut  
sem hoc ipsum gratiâ, quod ipse me  
felicitate communi, transformaret in  
singulari. Amo autem omnium bonorum  
beneficiorum fontem, authorem, &



Novembris 19.

193

sam, propter infinitam suam perfectio-  
nem, charitatem & benignitatem bona  
& dona sua liberalissimè communicantè.

*Suspiria amorosa.*

O Bonum delectabile, Bonum ama-  
bile, Bonum pulchrum super omne  
pulchrum, Bonum dulce super omne  
dulce; amo te *amore concupiscentiæ*: ut  
recrees, bees, & saties me in æternitate. O  
bonum immensum, infinitum, æternum,  
continens in te omne Bonum; amo te  
*amore benevolentia* propter te, quia om-  
nem mereris amorem. O Bonum benefi-  
cium, Bonum liberalissimum, Bonum  
maximè sui communicativum! Amo te  
*amore excellentiæ*, & omnibus bonis  
creatis te præfero. Amo te *amore con-  
placentiæ*, & summè in perfectionibus  
tuis mihi complaceo. Amo te *amore gau-  
dii*, & de omnibus excellentiis tuis lætor  
& exulto. Amo te *amore desiderii*, quo  
unicè te desidero: amo te *amore unio-  
nis*, intimeque tibi uniri cupio. O quàm  
doleo, quòd hactenus cucurrerim, per  
ignes fatuos amoris ad mortem! O quàm  
doleo,

I 2

doleo,



194 *Domus eternitatis. Considera*  
doleo, quod guttam bonitatis præ  
no, umbram præ Sole, famulas,  
creaturas, præ Creatore, amore  
me complectente, dilexerim! *Va*  
*illi, quo non amavi te!* S. Aug. solil. *Va*  
*pori illi, quo carens amore, fui, velut*  
tuum in spiritu cadaver, nihil boni  
rans, aut operari valens, nisi fœtus  
& horrorem!

20. *Novembris.*

I. **A** Mo amore concupiscentie  
nitatem beatam, in paradiso  
lesti obtinendam, tanquam mihi  
dam, omniq̄ue suavitate, amœnitatē  
delectatione redundantem. O hortu  
liciarum indeficientium! O paradisi  
voluptatis inexplicabilis! In quo  
riunt flumina quaterna gaudiorum  
mum de Patre, secundum de Filio  
tium de Spiritu Sancto, quartam de  
no seu Humanitate Christi promanantem  
quo, quot Sancti, tot flores pulcherrimi  
refulgent, Rosæ Martyrum, Hyacinthi  
Confessorum, Lilia Virginum, Viduarum  
Viduarum! O paradise pulcherrime!



quàm anhelò ad te, ut tuâ fruâr, ac delecter amœnitate!

II. Sed magis amo, amore benevolentia, te, ô Conditor paradisi; scaturigo deliciarum, fons omnium bonorum delectabilium indeficiens! Hortus increatus florum, rosarum & liliorum cœlestium! Paradisus pulcherrimus omnium amorum, voluptatum, amœnitatum, gaudiorum, ac divitiarum. *O Creator omnium, benignissime, pulcherrime, amantissime! Tu melle dulcior, lacte & nive candidior, nectare suavior, gemmis & auro pretiosior, cunctisque terrarum divitiis & honoribus mihi charior.* S. Aug. med. c. 35.

O Felicitas perfectissima, magnificentia pretiosissima, amabilissima gloria, illucium cordium, magnes affectuum, dulcedo sine nausea, bonitas consummata.

O bonum & bonitas, sanctum & sanctitas, Deus & Deitas, amor & amabilitas, infinitum & infinitas infinita, æternum & æternitas interminata! ô quàm plenis amoribus raperemur in te, si cognosceremus te; si videremus foris, si inspiceremus intus, quantæ bonitatis thesaurus



196 *Domus eternitatis. Consideratio*  
sis tu, ô Bonum optimum, Deus meus

III. Amo autem te Deus meus, amore benevolentiae & amicitiae, pure propter te & summam bonitatem tuam, quod non nisi à purgatissimis mentibus certatur. Gaudeo quia tu es Bonum necessarium, à quo omne bonum contingit oritur. Gratulor tibi, quia tu es bonum sufficientissimum tibi, oceanus bonitatis ex quo omnia bona velut guttulae permanant. Lætor, quia tu es bonum incomscriptum, sine ullis angustiis, circum sine circumferentia, bonitas infinita, finitè major, quàm à nobis vel cognosci vel amari satè possit. Æstimo te propter te: sed æstimando, nescio quid sum. Eturus pro te. Si radius essem, tu autem Sol, adderem me tibi, ut esses lucidior essem gutta, & tu Mare; affunderem me tibi, ut esses plenior: si essem atomus, tu Mundus, apponerem me tibi, ut essem major. Sed cum ego nihil sim; tu autem omnia: quid addam tibi, quod non habes. Addo ergo teipsum tibi, & te tibi volo; volo ut sis quod es, O Deus meus & omnia!



*Suspiria amoris.*

O Paradise cælestis amo te, spero te, desidero te; ut delecter in te. Sed incomparabiliter magis amo te, spero te, desidero te paradise divine, Deus meus, Paradisi Conditor amabilissime; *diligo enim te super calum & terram, & cætera omnia quæ in eis sunt. Amo te Deus meus amore magno, magisque te amare cupio.* S. Aug. l. c. O si & ego forem paradisi voluptatis tuæ, in quo gaudium, gustum, oblectationem, & singularem odorem suavitatis perciperes! O Bonum summum, bonum necessarium, bonum tibi sufficientissimum, mihi affluentissimum, bonum illimitatum, incircumscriptum, infinitum, utinam amore infinito te prosequi possem! utinam gaudio infinito te afficere valerem! O fons omnis boni redundantissime! refice me, satia me, inebria me voluptatis tuæ torrente, omnis boni plenitudine; ut ad te ferar & rapiar totâ inclinatione. *Ponderibus suis aguntur omnia, & loca sua petunt: pondus meum, amor meus, illo feror, quocunque feror.*



198 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
*feror. S. Aug. L. 3. Conf. Sed non nisi ad*  
te, Deus meus, amor meus, paradisus  
meus, summum bonum meum & omnia

## CONSIDERATIO XVIII.

Medium V. Aeternae Salutis.

Memoria crebra aeternitatis.

*Memoria memor ero, & tabescet in*  
*anima mea. Thren. c. 3, 20.*

21. Novembris.

**M**EMORIA seria & crebra aeternitatis, omnibus Christianis longitudo utilissima est, praesertim, si non sit recordatio, sed orationibus, suspiriis & desideriiis ferventibus conjuncta. Talibus enim comitibus associata ternos effectus admirandos in anima producit: 1. purgat animam a scoria peccatorum & praeservat. 2. Illuminat eam omnium hujus mundi rerum, vanitatem illi ostendens ac detegens. 3. Accendit in amore caelestium & aeternorum. Accendit quidem animam purgat a lordibus vitiorum & peccatorum. Ut disertè dicitur in Ecclesiastico; *Memorare novissimorum*



*na, & in æternum non peccabis. c. 7. 40.*

Memorare mortem; si hæc non movet, memorare sequens iudicium; si nec hoc frænat, cogita æternum supplicium: vel memorare simul unita, ut vini suam magis exerant, *memorare novissima tua.*

II. Recordatio, & Consideratio huius sententiæ; ut ait S. Augustinus in spec. peccat. c. 1. *Est destructio superbia, extinctio invidia, medela malitia, effugatio luxuria, evacuatio vanitatis & jactantia, constructio disciplina, perfectio sanctimonia, preparatio salutis æternæ.* Hujus recordationis & reflexionis ad æternitatem, vim, animam purgandi à vitiis ac peccatis, expertus miles ille flagitiis deditus, omnemque medelam respuens; cui Alexander Pontifex annulum suum tradidit, eâ lege gestandum; ut quoties aspiceret, imminentis mortis, unde pendet æternitas, recordaretur. Vix paucis diebus gestârat, & supplex ad Alexandri pedes se abjecit; atque omni veneno scelerum ejecto, in novum hominem transformatus est. Engelgrave embl. 1. §. 4. Luc. Evang.

I 5

III. Re-



III. Recordatio aeternitatis, purgatur  
 vitiis, medetur cupiditatibus peccato-  
 rum, obviat periculis. Hinc P. Leonatus  
 Lessius Theologus celeberrimus & in  
 animo suo aeternitatem assidue volu-  
 bat; & alios ad idem faciendum hortan-  
 batur, dicere solitus: nullam sibi ad vitan-  
 dendas tentationes ac pericula peccato-  
 rum cavenda, efficaciorē cogitatio-  
 nem videri. Less. L. 4. de perf. div. c. 1.  
 Hæc enim memoria aeternitatis omni-  
 bus concupiscentiis, quæ peccatorum  
 fontes sunt, scaturiginem obstruit. Con-  
 cupiscentia carnis te ad peccandum  
 licit, suas offerendo illecebras, *Memoria  
 novissima tua* & novissimorum extremorum  
 vel gaudia, vel supplicia aeterna: *Et in  
 aeternum non peccabis. l. c.* Oppugnat  
 concupiscentia oculorum, aurum, argen-  
 tum, opesque ostentans; ut per ea te  
 offensam Numinis pertrahat, *Memoria  
 re novissima tua: vel egredere statem summam  
 in orci tormentis, vel thesauros aeternos  
 in caelis, & in aeternum non peccabis.*  
 Superbia vitæ te tentat, offerens honores  
 ac dignitates, ut inde te in scelera pra-



pitet. Memorare novissima tua, mentem-  
que eleva, vel ad summam exaltationem  
in Cœlo; vel demitte, ad imam depres-  
sionem in Inferno; & in æternum non  
peccabis. Tanta vis est memoriæ æterni-  
tatis & gehennæ. Quia non potest fieri, ut  
anima de gehenna cogitans, citò peccet. S.  
Chrysol. Hom. 2. in Epist. ad Theſſal.  
c. 1. Si enim sermo de gehenna factus ita  
humiliat & pavidum reddit, an cogitatio de  
illa, animis perpetuò immorata, animam nõ  
quovis igne magis expurgabit. Idem l. c.

### Suspiria.

**M**emoria memor ero tui, ò æterni-  
tas! Ego enim nunc firmiter sta-  
tuo, crebrò te mente revolvere; & in pec-  
candi periculis animum ad te reflectere,  
ut referam palmam victoriæ, siquidem  
magna est vis & potentia tua. Tu enim  
es amuletum superbiæ, alexipharma-  
cum inanis gloriæ, antidotum avaritiæ;  
frænum à libidine retrahens, capistrum  
omnes cupiditates pravæ edomans; mal-  
leus induratas cordium petras conte-  
rens, ac denique tonitru è scelerum le-  
thargo



202 *Domus aternitatis. Consideratio*  
thargo excitans; ita ut actum sit de labo-  
re hominis, quem serua aternitatis re-  
cordatio seu memoria, non flectit, ne-  
pertrahit ad meliora. Quare memor  
*memor ero tui, & tabescet in me anima*  
*mea, præ timore culpæ, horrore pœnitentiæ,*  
*rigore & amarore pœnitentiæ, ne co-*  
*tabescam aliquando in flammis ge-*  
*næ. Melior est enim modica amaritudo*  
*faucibus, quam tormentum aternitatis*  
*visceribus. S. Aug.*

22. *Novembris.*

**R**ecordatio seu memoria aterni-  
tis, non solum mentem purg-  
verum etiam *illuminat*; atque instar  
læ, lucis ac veritatis radios diffundit,  
hominem illustrant, oculos illi aperit  
quos aternitatis oblivio claudit; in-  
meras vanitates detegunt, quas  
cæcitas & caligo abscondit; fallaci-  
technas, decipulas, laqueosque ostē-  
dunt, ac rumpunt, quæ Dæmonis astu-  
callidè struit & tendit. Hinc hortatur  
Salomon, omnes Mundi & Vanitatis  
seclas; ut in omnibus voluptatibus



gaudiis vanis, meminerint æternitatis, quæ eos vanitatis convincit & arguit. Si annis multis, ait, vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit; meminisse debet tenebrosi temporis [ mortis & inferni ] & dierum multorum [ æternitatis ] qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita, Eccle. c. 11. 8. O lumen præclarum æternitatis; dissipans nebulas vanitatis!

II. Deinde memoria æternitatis illuminat, illisque qui Nestorios sibi promittunt annos, vitæ brevitatem ostendit; si enim paucos vitæ suæ dies, cum longissima æternitate componant, eam nihil esse cernunt. Ut inquit S. Gregorius L. 8. Moral. c. 20. *Sancti viri presentis vitæ dies nihil esse conspiciunt; dum illuminata mentis oculos, in considerationem æternitatis desigunt.* Quid enim est vita vestra, interrogat S. Jacobus Apostolus Epist. c. 4. *Vapor admodicum parens. Est Fumus celeriter deficiens. Psal. 101. Est Cursor velociter præteriens. Job. c. 9. Est quasi navis poma portans, & ob metum corruptionis, properans. Ibid. Illuminat quoque dum Mundi magnalia, carnis*



204 *Domus eternitatis. Consideratio*  
blandimenta, honorum culmina, Re-  
gum sceptrum ac diademata, à sæculi filis  
tanti ducta, brevia omnino, ac prop-  
terea nulla esse patefacit, ac demonstrat. Sa-  
pienter pronuntiat M. T. Cicero 3. Tullii  
qq. *Sapienti nihil potest videri magnius*  
*in rebus humanis, cui eternitas omni-  
umque mundi nota sit magnitudo.*

III. Memoria eternitatis illuminat  
& ob oculos sæpius collocando præsentem  
eterna longam eorum durationem præ-  
sentem refacit atque ita confortat, animos ad  
laborandum pro gloria Dei, omniaque  
adversa fortiter ferenda: Sicut  
gubernator navis, non fluctus sed com-  
modum; miles non cædem & vulnera  
attendit; sed victoriam & triumphum  
agricola non tempestates; sed messem  
quidni Candidatus eternæ beatitudinis  
non attendat ad laborem & molestiam  
quæ citò præterit; sed ad coronam per-  
petuam? *Qui ad aeterna cor elevant quod  
sit breve, quod sine clauditur, pensant*  
(S. Greg.) & quàm sit longum quod  
ne non circumscribitur, considerant  
*Illuminat quoque, ut homo virtutes*



noscat, earumque precium magni æsti-  
met; quia recordatio crebra æternitatis,  
earum præmium commonstrat: efficit-  
que ut has margaritas, toto conatu ac-  
quirere studeat: veluti in Evangelio Ne-  
gotiator ille prudens; qui inventâ unâ  
margaritâ pretiosâ [virtute, gratiâ, gloriâ  
æternâ] abiit & vendidit omnia qua ha-  
buit, & emit eam. Matth. c. 13. 45.

*Propositum.*

**M**emoriâ memor ero tui, ô æterni-  
tas, lux mea & illuminatio mea!  
memor ero tui, crebroque te in mente ha-  
bere propono; ut tui recordatio ac me-  
moria, mentis meæ tenebras discutiat;  
mundi vanitates derogat, Dæmonis tech-  
nas, laqueosque ostendat, vitæ brevita-  
tem, omni vitro fragilioris, aperiat; vir-  
tutum valorem ac dignitatem, ab oculis  
mortalium absconditam, patefaciat. *Et*  
*tabescet in me anima mea*, nec acquies-  
cet, donec pretiosas h. sc. margaritas, in  
hac vitæ brevitate acquirat, ne iis ea-  
rumque præmiis totâ æternitate careat,  
quando eas emendi & comparandi. *Tem-*  
*pus non erit amplius.*



23. *Novembris.*

I. **D**Emum, reflexio & memoria aeternitatis seriatim ac crebra praesertim Considerationibus, affectibus & suspensibus sociata, instar ignis cor hominis accendit, & amore Dei, rerumque aeternarum inflammat. Dum enim hominum Mundi, ac rerum terrenarum vanitatem & brevitatem, cum aeternitate comparat, illa velut brevia despicit, velut vilia negligit, velut insipida fastidit: *Aeternitati inhians, fastidio sunt transitoria.* S. Bernardus ep. 3. His autem despectis & e corde excelsis, intrat amor aeternorum ac celestium; Dum Redemptor noster Lucas 24. 25. Discipulis in Emmaus eum tibus ostenderet; Christum per passionem oportuisse, *intrare in gloriam* aeternam. Sensere mox *cor ardens*, amore Magistri sui, & gloriae ejus. S. Theresia ut refertur in ejus vita; legens & cogitans de aeternitate, accensa fuit amoris Martyrii: & eadem Virgo ad horam vicinior sum aeternitati: *accendebatur*



vore laborandi, & desiderio patriæ Cælestis. O Memoria æternitatis, quantæ virtutis es! quæ cor frigidum ardens, cor terreum candens & molle efficis.

II. Sensit hoc præ cæteris Vates Regius, qui dum *annos æternos in mente habuit*; hæc æternitatis memoria & recordatio varios in corde ejus, motus, affectusque concitavit; & per timorem, ad amorem Dei, æternorumque bonorum sensum deduxit. Nam I. Habuit, Deo inspirante, David, cogitationem, sive memoriam æternitatis: *Annos æternos in mente habui* Psal. 76. 6. Sed ô quàm salutaris fuit hæc cogitatio! O quàm præclaros protulit fructus! II. Ex cogitatione Propheta sanctus processus est ad meditationem, ait enim l. c. v. 7. *Et meditatus sum nocte cum corde meo*. Sed quid? *Annos æternos*, statum futuri sæculi in gloria & in gehenna. III. Ex meditatione orta est exercitatio: *Et exercitabar*. v. 7. id est longâ mentis meditatione, & morosa intentione, non absque exercitio animi vel corporis, affectibus timoris & amoris, doloris & contritionis occupabar:

III. Ex



III. Ex hoc exercitio IV. proce-  
ad examen conscientiae : *Et scopebam*  
*ritum meum. v. 7.* Id est scrutabar ip-  
tum meum, eumque versabam, & exo-  
tiebam examinando conscientiam & o-  
licita mea num fortè lateret aliquid quod  
ab æternitate beata me excluderet.  
Hinc natus est timor, ne aliquando a  
cie Dei repelleretur : *Nunquid in a-*  
*num projiciet Deus? v. 8.* VI. Secunda  
solicitude & anxietas : *Aut non app-*  
[Deus] *ut complacitior sit adhuc? Aut*  
*sinem misericordiam suam abscindet,*  
*neratione in generationem? v. 9.* *Aut*  
*liviscetur miserere Deus! Aut cont-*  
*in ira sua misericordias suas? v. 10.*  
Subitum sensit fervorem animi, quo  
citatus propositum vitæ melioris con-  
pit : *Dixi nunc cæpi. v. 11.* Cæpi  
renovatis viribus stadium virtutis  
currere & ad cœlestia anhelare. VIII.  
que cum humili agnitione, Deum  
inter medias aulæ delicias, in animo  
languescente, effecisse. *Hæc mutatio*  
*sera excelsi. v. 11.* IX. Denique ex  
moria & meditatione æternitatis, et



ignis amoris & laudis divinæ. *Memor  
fui operum Domini & mirabilium tuorum.  
Quis magnus sicut Deus noster. v. 14. Me-  
mor fui Dei & delectatus sum, & defecit  
spiritus meus.* Præ admiratione, dulce-  
dine, solatio & amore. Psalmo eodem.  
Atque hæ sunt scintillæ Davidice, ex me-  
moria æternitatis profilientes, quarum  
vel una excitare valet incendium.

*Affectus amoris.*

**M**Emoriâ memor ero tui, exemplo  
S. Prophetæ, ô æternitas! Crebrò  
tui recordabor; seriò te meditabor; ut  
tu timorem Domini me doceas, repo-  
tem expellas, salutis curam ingeras, soli-  
tudinem augeas, ad exercitationem,  
examen, vitæ emendationem, animi de-  
missionem ac denique ad mentis fervo-  
rem, charitatem, laudesque divinas me  
excites, ex quibus perfectio & salus æter-  
na sequatur: O felix memoria æterni-  
tatis tantorum fructuum parens! O felix  
amor! Ex quo oritur strenuitas morum,  
puritas affectionum, subtilitas intelle-  
ctuum, desideriorum sanctitas, operum Cla-  
ritas,



210 *Domus eternitatis. Consideratio  
ritas, virtutum fecunditas, meritorum  
nitas, premiorum sublimitas. S. Bern. L.  
dilig. Deum. Et tabescet in me anima  
præ fame horum bonorum, ac desiderio  
cælestium gaudiorum.*

### CONSIDERATIO XIX.

Medium Sextum æternæ Salutis

Meditatio seria æternitatis.

*Meditatus sum nocte cum corde meo,  
quid in æternum projiciet Deus? Plal. 76.*

24. Novembris.

I. **C**onsidera si recordatio ac memoria  
ria æternitatis, præclarum  
medium est æternæ salutis; ut con-  
ratione proximè præcedente insinua-  
mus; quàm præstans medium erit  
& profunda meditatio, quâ clariùs æ-  
ternitatem cognoscimus, eamque cordi-  
tiùs infigimus? S. Bonaventura in opus-  
culo de 7. itineribus æternitatis, ait  
*cundum iter, est studiosa æternorum me-  
ditatio; quæ sanè longè utilissima est.*  
more posita fuit Doctori Gentium; qui  
ait 1. Corinth. c. 14. §. *Orabo Spiritu*



orabo & mente; ut spiritus oratione pas-  
 catur, & mens intelligentiâ repleatur. Ut  
 autem praxin discant, qui eam fortassis  
 non sat callent; non nihil eam declarabi-  
 mus. Quid igitur est meditatio? S. Augu-  
 stino L. de spir. & an. *Est studiosa occulta  
 veritatis indagatio*; Quæ ut exponit Di-  
 vus Bernardus in scala Claustr. c. 3. *Non  
 heret in superficie, sed interiora penetrat,  
 singula rimatur, ac rimando succum eli-  
 cit, & transglutiendo, usque ad cordis in-  
 tima transmittit.*

II. In hoc meditationis exercitio, ter-  
 næ præcipuæ facultates animæ, memo-  
 ria, intellectus & voluntas, occupantur.  
 I. Memoria intellectui meditationis ma-  
 teriam suggerit, sive proponit. II. Intel-  
 lectus deinde de ea discurret, unum ex  
 alio infert, rerum naturas, causas, effe-  
 ctus, circumstantias, commoda, incom-  
 moda, præmia vel supplicia expendit, &  
 in iis, quæ convincendo intellectui, &  
 movendæ voluntati apta sunt, se detinet.  
 III. Rebus bene perpensis, ac perceptis;  
 voluntas in varios affectus prorumpit:  
 si res bona & appetibilis sit; elicit affe-  
 ctus



212 *Domus eternitatis. Consideratio*  
ctus desiderii, spei, amoris, gaudii, peccati  
tionis &c. Si verò mala sit, affectus timoris,  
moris, fugæ, doloris, detestationis, &c.  
&c. Ac tandem proposita formantur, ut  
de bono prosequendo, vel de malo fugi  
giendo: ut enim docet D. Thomas. 1.  
q. 25. a. 1. *Proprium est creature rati  
nalis, per inquisitionem rationis, ad agendum  
permoveri.*

III. Ex meditatione æternorum, maxi  
mi fructus oriuntur: quales sunt æternorum  
cognitio, ex cognitione æstimatione  
tio, ex æstimatione amor & ardor æterni  
ctus. *Ex claro enim intellectu, sequitur  
non tardus affectus.* Ut ait D. Thomas  
2. q. 180. a. 3. *Quod ipsum expertus  
David, dicens: Concaluit cor meum, &  
meditatione mea exardescet ignis. Nihil  
rum amoris & fervoris. Alios effectus  
recenset S. Bernardus L. 1. de Consideratione  
Primò quidem ipsum fontem suum, scilicet  
mentem, de qua oritur, purificat & conficit  
tio, deinde regit affectus, dirigit actus, &  
regit excessus, componit mores, vitia  
restitat & ordinat; postremò divinarum  
riter & humanarum rerum scientiam*



*confert.* Quemadmodum ex adverso, è meditationis defectu, tepiditas, acedia, ignorantia, inordinatio, aliaque incommoda & vitia nascuntur.

*Petitio.*

**D**omine doce nos orare; doce nos meditari cœlestia & æterna; doce cordis foco, meditationis ligna apponere; ut ignis fervoris & devotionis exardescat. *Meditari enim est veluti silicem igniarium percutere, ut ardentes inde scintille promicent,* ait S. Cyrillus Alexand. quarum luce intellectus illustretur, quarum calore, voluntas inflammetur, peccatum expellatur, vita emendetur. Da nobis obsecro *spiritum gratiæ & precum:* concede donum fructuosæ meditationis, maximumque nobis favorem præstiteris; siquidem ex mente S. Ephrem, de orando Deum: *Meditatio est animi elati repressio, iracundiæ frænum, odii alexipharmacum, invidia destructio, libidinis extinctio, correctio omnis impietatis.* Nam Rectè novit vivere, qui rectè novit orare. S. Aug. hom. 4. ex 50.



25. *Novembris.*

I. **S**I praxin ipsam meditandi forsitan  
nores, facilis ea est, & rudioribus  
accommodata, si circumstantiæ viderentur  
res: *Quis, quid, ubi* &c. considerentur  
ipsa meditatione æternitatis, elucebit  
Clarius. Meditare igitur I. *Quis?* Quis  
est æternus? Tu, mi Lector, tu ipse es æter-  
ternus: nam anima tua est æterna: æterna  
num & immortale, post resurrectionem  
erit corpus tuum; æterna inter unum  
que erit unio: æternæ animæ potentia  
æterni corporis sensus, æterna memoria  
æterna vita, æterna duratio, æterna  
catio, æterna, in te, omnia; vel in æterna  
gloria, vel in perpetua gehenna. Tu  
tutes æternus, erisque vel æternus  
amicus & laudator, in cœlis; vel æternus  
nus Dei hostis & blasphemator in infer-  
mis: eris vel asbestus semper ardens  
divini amoris; vel salamandra &  
semper fumigans, ignis infernalis  
homo! vixistine hactenus tanquam  
ternus, an quasi cum brutis interitum  
Et prout deprehenderis; elice affectum  
gan



gaudii, vel doloris; amoris vel detestationis, & fac proposita de vita in posterum corrigenda.

II. Expende quoque particulam *Quid*. Et primò quid & quàm longa futura sit æternitas tua: prolixè de ea egimus parte primâ: nunc solùm cogita tot sæcula, aut sæculorum millia, quot numerantur in arboribus omnibus rami, in ramis frondes, in frondibus folia, in foliis venæ, crenæ & filamenta, quot fibræ in radicibus, quot rugæ in corticibus, quot flores & fructus cunctis anni temporibus: & post elapsas totidem sæculorum myriades, quantum putas æternitati decerprum esse? Nec punctum vel unicum. Rursum cogita in una quercu aut arbore majore, numerari facilè centum, aut mille foliorum millia: quot igitur, numerabuntur in omnibus simul arboribus mundi universi? Hæc autem folia, vento flante, quovis momento, agitantur ac moventur: quot ergo omnium illorum motus erunt uno die, quot uno mense, quot uno anno, quot integro sæculo? *Quis, nisi Deus numeret? Demum*

Pars IV.

K

cogi-



216 *Domus eternitatis. Consideratio*  
cogita tot sæculorum millia, quot scripta sunt unquam, aut scribentur ab omnibus hominibus grammata ac punctata, quot pedum gressus, quot oculorum motus, quot arteriarum pulsus, quot respiraciones, & verba linguæ, quot cordis seu thoracis contractiones & dilatationes, omnium mortalium quot unquam fuerunt sunt & erunt. At ubi omnes hi sæculorum milliones eluti fuerint; æternitas tua manet longa, æquè diuturna, æquè infinita. quis non obstupescat?

III. Considera deinde *Quid* in hac æternitate tibi æternum sit futurum. Vel æterna lætitia, vel æterna æterna Dei visio ac possessio, vel eiusdem privatio: æternus Dei amor, benedictio; vel æternum Dei odium, maledictio: æternum decus, honor, gloria; vel æternum dedecus & ignominia: æterna beatitudo & gaudia, vel æterna, in æterna damnatione, tormentum. Æternus Deus vel te in æternum beatus & exhilarans; vel in æternum torquens & crucians. O quanta est inter hæc



ferentia! elice ut ante affectus, spei, amoris, desiderii &c.

Perpende ulteriùs circumstantiam Ubi? Ubinam, nimirum sis æternùm mansurus & vitam acturus. Habitabis in Domo æternitatis, vel felicis, vel infelicis; nunquam inde exiturus. Vives vel in Patria Beatorum; vel in exilio & ergastulo Damnatorum. Vives vel cum Deo, Angelis, & Sanctis, in palatio glorioso, in regno beatitudinis, in paradiso voluptatis; vel cum Diabolis & hominibus damnatis in loco horroris, mœroris, & confusionis; ubi nulla pax, nulla lux, nulla salus, nulla quies, *nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Ex quo infer, si tam sollicitus es pro habitatione bona, brevi amittenda; quantâ curâ & labore opus est, pro mansione æterna, semper incolenda, nunquam deserenda. Elice affectus doloris, pudoris, detestationis, negligentia, emendationis.

*Electio.*

**O** Homo æterne! perpende crebrò, quis tu sis, quid sit æternitas, ubi  
 K 2 tua



218 *Domus aternitatis. Consideratio*  
tua tibi sit obeunda æternitas : nempe  
vel in cælo vel in orco : duorum tibi da-  
tur optio : quorum alterutrum, ut fides  
docet, tibi est certissimum; igitur elige.  
Audi Doctorem mellifluum. *Nunc  
alterutrum eligamus, aut semper cruciari  
cum impiis; aut perpetuò latari cum Sa-*  
*ctis : bonum siquidem & malum, vita  
mors, ante nos sunt posita, ut ad quod  
luerimus, manum extendamus. Si tormen-*  
*ta non terrent nos, saltem invitent præ-*  
L. de anima. c. 3. Et si præmia cæli  
incitent, terreant saltem & compellat  
tormenta Inferni sempiterna.

26. *Novembris.*

**C**ONSIDERA porrò, *Quibus auxi-*  
Quâ ope ac subsidio ad æterni-  
tatem beatam pervenias. Auxiliis  
næ gratiæ, prævenientis, comitantis,  
sequentis : auxiliis inspirationis, illu-  
minationis, excitationis, impulsûs & di-  
tionis divinæ, & propriæ cooperati-  
onem auxiliis observationis mandatorum,  
auxiliis bonorum operum, precationum,  
jejuniorum, elemosynarum, frequen-



tionis Sacramentorum, concionum, So-  
dalitatum piarum, bonorum exemplo-  
rum, aliorumque salutis mediorum:  
adeoque vel Divinam misericordiam te sus-  
cipiente, ac merita tua coronante; vel  
Justitiam divinam, vitia, peccata ac demerita  
tua puniente, teque repudiante.

II. *Cur?* Quamobrem, qua de causa,  
& ad quid in æternitate alterutra vives?  
Ex parte Dei; ad ostendendam justitiam  
suam, quam cuius reddidit secundum opera  
sua, vel præmia æterna, vel supplicia per-  
petua. Ad declarandam potentiam suam,  
quam te conservare valet æternum in  
flammis, vel in cæli deliciis. Ad mani-  
festandam bonitatem & charitatem erga  
electos, aliaque sua attributa. Ex parte  
verò tua; ut finem, ad quem creatus es,  
obtineas; ut laborum mercedem reci-  
pias, ut Deum videas, ames, ac laudes, æ-  
ternum beatus in sæcula.

III. *Quomodo?* Quam ratione ista fient?  
Respondet S. Augustinus: *miris, sed ve-*  
*ris modis.* Miris modis & inauditis te  
beando, gaudiisque cumulando, quæ  
nec oculus vidit, nec auris audivit, nec



220 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
mens humana unquam concepit. Au-  
si id meritis fueris: miris, veris, iouli-  
tisque modis te torquendo in gehem-  
taliaque ac tanta infligendo supplicia  
quæ omnem humanum intellectum  
perant. Denique *Quando?* Incipien-  
mox à morte, à iudicio, à lata senten-  
decretoria, & continuando vel gau-  
delia vel tormenta totâ aeternitate: in qua  
sine *Exultabunt Sancti in gloria, letabi-  
tur in cubilibus suis. Psal. 143. 5.*  
contrario, ululabunt sine fine, rep-  
bi in pœna, & cruciabuntur in specu-  
cis & latibulis suis.

*Paranesis.*

**Q**Uapropter, honorate Lector,  
quere consilium meum, præsertim  
si Clericus aut Religiosus sis, & in  
vel horam, vel semihoram, aut saltem  
solidum quadrantem meditationi,  
considerationi aeternitatis impende.  
occupationes tuas nimias prætere-  
Non es occupatior Davide, regni ne-  
tuis distento; & tamen aeternitatis me-  
ditationi etiam noctu vacabat. N



occupatio es S. Carolo Borromæo, qui  
 Archiepiscopatum: nec Ferdinando II.  
 qui imperium gubernabat, & tamen  
 integram quotidie horam meditationi  
 tribuebant. Imitare igitur; paulò citiùs  
 lectum desere; & meditationem aggre-  
 dere; tenta, & fructum experiere. Hæc  
 meditatio æternorum, erit tibi frænum  
 peccatorum; erit perditionis effugium:  
*Nullus enim ex his, qui gehennam ha-  
 bent ante oculos, incidet in gehennam: nul-  
 lus ex his qui gehennam despiciunt, effu-  
 giet gehennam.* S. Chrysoft. hom. 2. in  
 Ep. 2. ad Theff. Erit denique ad stre-  
 nuè laborandum, pro gloria Dei, & ad  
 adverfa fortiter ferenda, excitamen-  
 tum. - *Nunquam enim poterit Dei ser-  
 vus vinci certamine; nec gravari tem-  
 porali labore, qui æterna bona, vel mala,  
 semper gerit in mente.* Thom. Kemp.  
 ser. 1. ad Novit.



K 4

CON-



## CONSIDERATIO XX,

Medium VII. Aeternae Salutis.

Scala aeternitatis.

*Vidit [ Jacob ] in somnis scalam statam  
super terram & cacumen illius tangens  
caelum. Gen. c. 28. 12.*

27. Novembris.

I. **C**Oelum excelsum & valde elevatum est, ideoque ad ascendendum in illud; Scalis opus est. Sed quae nam illae? Variæ sunt, per scalam Jacob adumbratae, per quam Angeli ascendebant & descendebant, cuius summitate Deus innitebatur; variasque scalam, symbolice, allegoricè & tropologicè significat. Primò scala hæc, ex mente Valeriani & Ruperti, Incarnationem Verbi, generationem Christi, ex Jacob nasciturum, & descensurum per varios gradus, per generationes, usque ad S. Joseph cum Beatissima Virgine, repræsentat. Deinde hujus scalæ latera sunt misericordia & Veritas. Scala hæc tangit terram, quia Verbum incarnatum est in terra, eamque



terigit ac benedixit: tangit & cælum, quia  
Christus est Filius Dei. Descendunt per  
eam Angeli, ut mysterium incarnationis  
hominibus annuntient: iidem ascen-  
dunt, ut Patriarcharum desideria & ora-  
tiones ad Deum ferant. Prima igitur sca-  
la nostra, per quam ad æternitatem bea-  
tam, omnibus nobis ascendendum est,  
Christus est. Quia: *Nemo venit ad Pa-  
trem, nisi per Filium.* Joan. c. 14. 6.

II. Scala Jacob secundò significat  
crucem Christi Domini: de qua S. Au-  
gustinus serm. 79. ait: *Dominus scala in-  
cumbens est Christus in cruce pendens.*  
Cruz est scala & via, per quam Christus  
& omnes Christiani in cælum conscen-  
derunt, indiesque conscendunt. In Mar-  
tyrio S. Perpetuæ & Felicitatis 7. Martii  
(quarum fortitudinem S. Augustinus in  
psal. 47. & alibi sæpe celebrat) legitur,  
illas omen & indicium Martyrii, acce-  
pisse à Deo per scalam; cum enim in car-  
cere captivæ tenerentur, conspexit S.  
Perpetua in visione scalam auream, è ter-  
ra in cælum se porrigentem, multis gla-  
diis munitam, ita ut nemo absque læsione

K f

vide



224 *Domus eternitatis. Consideratio*  
videretur posse ascendere: ascenderunt  
tamen Anno Domini 205. Secunda igitur  
ad æternitatem beatam scala est, crux  
sine qua nemo ascendit: *Ambula ubi vis  
quere quodcumque volueris, & non  
venies altiorem viam supra, nec securum  
rem infra nisi viam sanctæ Crucis.* Thom.  
Kemp. L. 2. c. 12.

III. Scala Jacob tertio repræsentat  
Beatissimam Virginem Mariam, qua  
litanis suis, *scala Jacob* nuncupatur. Sc  
quoque eam appellat S. Bernardus sermo  
de B. Maria p. 394. *Hæc est scala Jacob  
qua duodecim gradus habet, inter duo latera.  
Dexterum latus est contemptus  
usque ad amorem Dei: Sinistrum contemp  
tus mundi, usque ad amorem regni. Alce  
siones hujus, duodecim humilitatis gra  
dus sunt. 1. Odium peccati. 2. Fuga de  
licti. 3. Metus odii. 4. In omnibus  
esse Creatori. 5. Obedere meliori. 6. Ob  
d re compari. 7. Obsequi inferiori.  
Subesse sibi. 9. Finem suum jugiter  
ditari. 10. Opera sua semper vereri. 11.  
Cogitationes suas humiliter confiteri.  
12. Per omnia ad nutum Domini*



veri. Hæc igitur tertia scala beatæ æternitatis est: Per hos gradus ascendunt Angeli & sublimantur homines, atque ita in Domo Patris accipiunt lucidas mansiones.

*Aspirationes.*

**O** Jesu incarnate, scala salutis nostræ! Nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de celo. Joan. c. 3. 13. Qui es tu ipse: & nemo nostrum ascendit in cælum, nisi per te: esto igitur scala nostra ad beatam æternitatem. O Jesu Crucifixe! qui per crucem & passionem tuam, debuisti intrare in gloriam tuam, duc & me per scalam crucis & viam passionis; quia nulla via est securior. O Maria scala Jacob! intercessione tuâ potenti, gratiam mihi uberem impetra, ut per veram humilitatem, ejusque gradus, in cælum ascendere merear; neque enim est via tutior ulla. Scriptum est enim: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Lucæ c. 14. 11.

28. Novembris.

**S**cala Jacob, quartò adumbrat Decalogum; qui, quot mandata seu

K 6

præ-



226 *Domus eternitatis. Consideratio*  
præcepta Domini, tot quasi gradus con-  
tinet, per quos, omnes tam antiqua,  
quàm novæ Legis sectatores ad æterni-  
tatem beatam ascenderunt, & hodie dum  
ascendunt. Bina scilicet latera sunt *timor*  
& *amor*. *Timor*, ideo in monte inter ig-  
nes & tonitrua, Moysi mandata porre-  
cta sunt. *Amor*, quia ex amore Dei erga no-  
data; atque ad amorem Dei ac proxim-  
os nos deducunt. Per hanc scalam, omnes  
& Ecclesiastici & Religiosi, & sæculares,  
quotquot salutem æternam desiderant,  
velut Angeli in cælum conscendere de-  
bent: *Si vis ad vitam ingredi, serva man-  
data. Matth. c. 19. 17.*

II. Scala Jacob quintò ex sensu S. Be-  
nardi, in illud *Ecce nos*: est disciplina re-  
ligiosa, seu Regula Ordinis, v.g. quæ de-  
lectus Domini Benedictus, & alii alce-  
dere in cælum. Duo latera sunt, mentis  
humilitas, & vitæ asperitas. Gradus sunt  
variæ regulæ, nec non virtutum theo-  
gicarum & moralium actus. Scala hæc  
est arcta; quia *arcta via est, quæ ducit ad  
cælum*. In hac ascendunt Angeli, virtu-  
tum religiosarum actus Deo offerendo  
delecta



descendunt Angeli ad vicissim deferendo Religiosis munera ac beneficia. Ei porò incumbit Deus, cujus gratia & auxilio omnia nituntur, sustentantur ac tenentur, ne cadant: estque ipse ascendentibus firmamentum, pervenientibus, in fine præmium. *Verè non est hìc aliud nisi Domus Dei & porta cali. l.c.*

III. Scala Jacob. Sextò ex sententia S. Basilii in psal. 1. [ quæ ferè cum S. Bernardi expositione convenit ] est ascensus ad perfectionem. Culmen hujus scalæ est Charitas, gradus sunt, decem gradus abrenuntiationis. Quorum 1. est, abnegare terrena. 2. Eadem oblivisci. 3. Eadem ut tercora odisse. 4. Peccatum & cognatorum amorem inordinatum exuere. 5. Odisse animam suam, propter Christum. 6. Abnegare proprium judicium & voluntatem. 7. Semper mortificare suas cupiditates. 8. Sequi Christum, & discere ab eo, quia mitis est & humilis corde. 9. Amare constanter & efficaciter proximos, etiam inimicos. 10. In quo Dominus visus est, est adhærere Deo, ei-que in uno spiritu uniri. In hac scala non



218 *Domus eternitatis. Consideratio*  
fistitur, sed vel ascenditur proficiendo,  
vel deficiendo descenditur: quodque hic  
in hac vita negligitur; tota æternitas  
non recuperatur.

*Adhortatio.*

**O** Christiane! Ne recuses per De-  
logi scalam ascendere, ut ad Deum  
scalæ innixum merearis pervenire. O Re-  
ligiose, ascende per scalam tuæ sanctæ  
regulæ, per scalam paupertatis, castitatis  
& obedientiæ; ut merearis centuplum  
recipere & vitam æternam possidere. O  
perfectionis amator, ascende alacris  
per scalam perfectionis; curre per gra-  
dus viæ incipientium, proficientium  
perfectorum. Noli unquam stare; qui  
non progredi, regredi est, veluti accipiter  
naviganti in flumine, quin potius, cum  
strenuè de virtute in virtutem; ut ad cul-  
men perfectionis, ac deinde ad metam  
beatæ æternitatis, valeas pertingere.

29. *Novembris.*

**I.** Scala Jacob septimò, est scala æte-  
nitatis, quæ, ut docet Tertullianus



L. 3. Contra Marcionem; *Est via, quâ  
iusti ascensiones in corde suo disponunt in  
cælum.* Scalam hanc ascendimus, dum  
mente à terrenis ad cœlestia cor eleva-  
mus. Per eam descendimus, dum ad in-  
ferna nos mente demittimus; ut vel spem  
& amorem beatæ, vel timorem, odium-  
que damnatæ æternitatis in nobis exci-  
temus. Primò itaque ascensiones in cor-  
de tuo dispone, à visibilibus ad invisibi-  
lia ascendendo: praxi sequente. Si videris  
quandoque solem meridianum, splen-  
do suo omnium oculos, animosque  
recreantem; mox mentis oculos ad Con-  
ditoris tui pulchritudinem ac Majesta-  
tem erige; eam suspice, admirare, ama &  
lauda. Si Regem conspexeris auro &  
purpurâ fulgentem; mox Christi Regis  
Regum recordare, ejusque decorem &  
Majestatem, millies augustiorem, venera-  
re. Si quando homines formosos offen-  
deris, animam ad Angelos & Sanctos e-  
leva, sole ipso millies pulchriores. Pari  
modo, à palatio regio ad cælum, ex hor-  
to elegante ad paradisum; à cibo dulci  
ad manna divinum; à musica hominum  
ad



230 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ad harmoniam Angelorum, ascensionem  
in corde tuo dispone: sic excitabitur in te  
spes & amor, & ibitur de virtute in virtu-  
tem, & videbitur Deus Deorum in Sion,

II. Aliàs etiam descensionem in corde  
tuo dispone, & in infernum vivens de-  
cende. Suadet id S. Chrysoſtomus Ep  
5. ad Theod. dicens: *Ab experimento*  
*rum tenuium, de magnis conjecturam*  
*pe. Si quandoque in balneo fueris nimis*  
*effervescente; tum gehenna recordeberis.*  
*Et rursus, si quando febre acriore con-*  
*graveris; ad flammam que illic est, propin-*  
*dere. Si enim balneum & febris adeo*  
*afflictant, quo animo futuri sumus, quan-*  
*do in fluvium ignis infernalis incidemus.*  
Pari modo cum Tyrannos irâ furentem  
conspexeris; Dæmones furibundos  
imaginare. Si fornaces lateritias, vitriarias,  
succensas flammantem intuitus fueris, clibani tartarei recorde-  
re, millies ardentioris. Si fulmen, sonitum  
nitru horrendum, ejusque fragores terri-  
ribiles inaudieris; telum illud fulmineum  
cogita, quod Divina Justitia, in die  
dicii in capita reproborum contorquetur.



bit, nec contorquere cessabit totâ æternitate. Væ væ illis, qui telo huic capita subdicere cogentur!

III. Si aliquando noctem à curis fodicantibus insomnem, vel ab infestante calculo, urente podagrâ, torminum, dentiûmve doloribus turbatam experiêre, & nox illa instar hebdomadis, mensis, vel anni longa videatur. Cogita, quid si nox illa doloribus plena duraret centum annis? quid si mille? Quid si mille millionibus annorum? Et quid sunt hæc ad noctem æternam, omni fine ac diluculo carentem? O quàm longa! quàm acerba, quàm terribilis nox! Si hâc ratione descenderis vivens, non descendes in orbem cum moriens. *Nullus enim qui gehennam habet ante oculos incidet in gehennam.* S. Chrysost. hom. 2. in ep. 2. ad Thess.

*Ahortatio.*

Ecce, mi Lector, unam scalam tibi fabricare & offerre paravam, & septenas obtuli; nisi ex septenis, velut totidem gradibus, fabricare mâlis unam. Utere eis frequenter; ascensiones in corde tuo



232 *Domus aternitatis. Consideratio*  
de tuo dispone; eisque repetendis allue-  
ce: sic spe elevaberis, solatio repleberis,  
amore caelestium accenderis. Non rari-  
etiam descende vivens, ad lustranda re-  
probatorum supplicia; neque cogitatio-  
nes hasce velut tetricas aut melancholicas  
repelle: audi enim Chrysostrum  
dicentem; *Dum volunt se recreare, et  
sciuntque ut gehenna non meminerint, et  
hanc securitatem, metusque vanitatem  
in magnum interitus barathrum, se  
prudentes immittunt. Et ideo rogo,  
ut gehenna memineris, de gehenna loquar.*  
*Quid gehennam gravius? sed ejus metus  
nil utilius: gehenna namque timor,  
qui nobis affert coronam. In psal. 111.  
hom. 15. ad pop.*

## CONSIDERATIO XXI.

Medium VIII, Aeternae Salutis.

Unicè agere negotium aeternitatis.

*Porro unum est necessarium, Lucae c. 10.*

30. Novembris.

I. **C**onsidera, quodnam sit illud  
num, ad salutem aeternam necesse



sarium. Lutherus cum suis, asserit esse  
*fidem*. Sed fallitur, nam & spes & chari-  
 tas & pœnitentia & opera bona necessa-  
 ria sunt, ut patet ex Matth. c. 19. 17. &  
 1. Corinth. c. 13. S. Basilius per unum  
 necessarium, intelligit, *unum cibi genus*.  
 Tu ô Martha sollicita es & turbaris, ut  
 multa mihi apponas fercula: unum suf-  
 ficit. Sed sublimiùs S. Augustinus serm.  
 26. de verbis Dom. & S. Gregorius L. 1.  
 in L. Reg. c. 4. & alii, unum hoc neces-  
 sarium ajunt esse, *ultimum finem*, sum-  
 mum hominis bonum, beatam æterni-  
 tatem, ad quam mens nostra dirigenda  
 est & à qua non abstrahenda. Hoc igitur  
 est unum & unicè nobis necessarium:  
 unius Dei & æternæ salutis cognitio, stu-  
 dium, amor & consecutio. Huic se af-  
 fixit Maria, unde *optimam partem elegit;*  
*que non auferetur ab ea*. Hoc est unum  
 optimum, unum maximè necessarium,  
 unum quietem afferens & consummans  
 multitudinem omnium desideriorum  
 nostrorum, in unum; quod non aufere-  
 tur à nobis in æternum.

II. Perpende deinde, quâ ratione  
 hoc



234 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
hoc unum negotium unicè Deo, Chri-  
sto, & Ecclesiæ cordi sit, semperque fer-  
rit; & tuam, aliorumque plurimorum  
videbis ac stupebis in hoc negotio, cõ-  
tantiam. Intentio, procuratio, conser-  
tio beatæ aeternitatis, in hominibus  
unum negotium illud, quod summa  
Majestas ab aeterno mente voluit, ac  
in tempore disposuit, ordinavit, præ-  
scripsit. Quò enim omnia ejus potentia,  
sapientiæ, bonitatis, sanctitatis, misericordia,  
veritatis, charitatis, in creando, conservando,  
gubernando, jubendo ac sanctificando, consilia & ad-  
ventiones collimant, nisi ad negotiũ pro-  
curandæ & communicandæ nobis, beatæ  
aeternitatis? Hoc est unum illud negotium  
cujus gratiã divina Bonitas, nos veritate  
instructis, legibus firmat, præceptis  
rudis, minis terret, pœnis coercet, gratia  
fulcit; lapsus abolet, errata condonat, peccata  
teraque omnia, tantã charitate ac provi-  
dentiã disponit. Et heu! quot homines  
reperiuntur, quos cura istius negotii  
unici, non plùs tangit, ac si esset de timo  
litio, de lana caprina, umbrãve asinina.

III



III. Ulteriùs memoriã recole, hoc æternæ beatitudinis negotium, esse velut axem, circa quem, tota Dei hominis œconomia volvitur: esse scopum, quem verbi incarnatio respicit; huc enim spectat omnis Christi vita & series actionum ejus: huc referuntur ejus progressionem, operationes, virtutes, miracula, merita, exempla, prædicationes, mandata, consilia, dolores, contemptus, tormenta, vulnera, mors, resurrectio, ascensio, Spiritûs Sancti missio, Ecclesiæ propagatio, gubernatio, protectio, & in admirabili Eucharistiæ Sacramento usque ad finem Mundi, cohabitatio. Idem est unum illud negotium, quod tota Dei Ecclesia, ab origine Mundi fundata deinde per legem propagata & erudita; ac demum per Christum, ejusque gratiam perfecta, quanta, quanta est, intendit, spectat, tractat & agit. Quorsum enim sua ordinat sacrificia & sacramenta, ritus & ceremonias, ordinationes & observationes, orationes & psalmodias, jejunia & asperitates, cunctaque pia exercitia: nisi ut fideles filios suos à misera æter-

æter-



236 *Domus aternitatis. Consideratio*  
æternitate arceat; & ad æternitatem bea-  
tam deducat? O quanta est Christi, &  
Ecclesiæ, de hoc negotio summo, cura,  
quanta filiorū hujus sæculi negligentia!

*Paranesis.*

**E**Cce sic Deus, & Christus ejus,  
Ecclesia ejus, & universus Mundus  
ejus, tam invisibilis, quàm visibilis, beatus  
æternitati, ab hominibus confectandus  
& consequendæ deservit: & homines  
tam multi, ubique, hoc unum, hoc ne-  
cessarium, hoc tanti momenti negotium,  
negligunt, ignorant, prostituunt,  
deperdunt, ac si esset omni algâ vitium  
omnibusque quisquiliis abjectius.  
Quanta cæcitas! Tu verò non sic, anima  
Christiana: sed cum S. Ægidio, dic, *uni.*  
Una scilicet anima mea, uni æternitati,  
uni Deo, æternitatis centro, feraciter  
invigilet, vocet, atque uniat. O anima,  
hoc unum quære: quia hoc est unum  
centrum tuum, unus scopus, unum  
bonum, unum necessarium, unum æternum,  
num omnia, supra quod unum, nihil



infra quod, quidquid est, uno illo, minus est. Hoc est unum necessarium, cætera sunt contingentia & libera. Unitas enim est vestigium Dei, qui est prima essentialis & increata unitas, omnium unitatum fons & origo. Sic verè dices *Dilectus meus mihi & ego illi. Cant. 2.*

## 1. Decembris.

I. Considera porrò, hoc unum necessarium salutis & beatæ æternitatis procurandæ & allequendæ studium, esse finem creationis tuæ: conditus est enim homo, ad imaginem & similitudinem Dei, ut Dominum Deum suum cognosceret, amaret, laudaret, eidem serviret, tandemque salutem æternam obtineret. Et hoc est unum illud necessarium, de quo loquitur Christus Lucæ c. 10. Hoc est unum illud negotium, quod verè & propriè, teste Ecclesiastico, hominem efficit, totumque absolvit: *Hoc est omnis homo. c. 12. 13.* Sine quo homo, nullus est, brutoque, quàm homini rationali similior est.

II. Hoc est grande negotium nostrum;  
hoc,



238 *Domus æternitatis. Consideratio*  
hoc est unicum & summum negotium  
nostrum : hoc est finis & centrum om  
nium negotiorum nostrorum & actio  
num nostrarum ; ad quod omnes vi  
nostræ lineas duci necesse est : ad quod  
omnes curæ, omnia studia, omnes labo  
res, omnia alia negotia, tanquam ad  
nem sunt referenda. Agnovit id vel  
Epictetus, qui ad Arrianum, non eti  
cè; sed Ethicè & verè Christianè scribit  
*Oportet, inquit, ut omnia principia, quæ  
converso orbe, redeant ad unum princi  
pium : omnia pulchra ad unum pulcherrimum  
omnia vera ad unum verum; omnia bona ad  
unum bonum; omnia divina ad unum Deum  
omnia ad unum ter unum : scilicet ad Deum  
trium, principium & finem nostrum.*  
III. Hoc igitur unum grande nego  
tium salutis æternæ, agere debent  
reges, dum regna administrant : hoc nego  
tium agere oportet sacros Præsules, dum  
Ecclesiis præsunt : hoc Duces & milites,  
dum bella gerunt : hoc Mercatores, dum  
commercia exercent : hoc Artifices & fabri,  
dum fabrilia tractant : hoc illi quoque  
Ecclesiastici & Religiosi, dum



uni Deo militant, hoc docti, hoc indo-  
cti; hoc cives & rustici, hoc viri & fœ-  
minæ; verbo, omnes homines urgere de-  
bent; quia omnibus hoc *unum est neces-  
sarium*; tanquam summum & maxi-  
mum; tanquam primum & ultimum,  
negotiorum omnium, negotium,

*Admonitio.*

Quare cave ô Christiane, & vide;  
quantâ curâ Mundus & Caro;  
quanto studio & industriâ laborent ca-  
codæmones, ut hoc negotio neglecto,  
nugas & quisquilias secteris: *Hi enim,*  
ut ait S. Chryostomus, *pro pusillis his &*  
*minimis rebus, nos privabunt majoribus:*  
*quippe lutum offerunt, ut aurum subtra-*  
*hant; vel potius, ut calo nos fraudent, um-*  
*bram præferunt; ut à veris propellant, som-*  
*nia immittunt [qualia sunt fortuna bona]*  
*ut luce obortâ, omnium nos arguant egen-*  
*tissimos.* Tom. 5. serm. de misericordia.  
Et audi S. Augustini monitum: *Cur ergo*  
*per multa vagaris homuncio, querendo bo-*  
*na anima tua & corporis tui? Ama unum*  
*bonum, in quo sunt omnia bona & sufficit.*

Pars IV.

L

Desi-



240 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*Defidera simplex bonum, quod est omne*  
*bonum & satis est. Man. c. 34. Ad hunc*  
*scopum omnia alia dirige: quo inventa*  
*omnia inventa; quo neglecto, neglecta*  
*omnia; quo perdito, omnia sunt perdi-*  
*ta; & in æternum non recuperanda.*  
*Quærite ergo primum regnum Dei & jus-*  
*titiam ejus (in quibus dictum æternitas*  
*negotium consistit) & hæc omnia adji-*  
*tur vobis. Lucæ c. 12.*

2. *Decembris.*

I. **C**Ognito jam tanti ponderis nego-  
tio; perpende, quanta, pro-  
lor! sit mortalium cæcitas, desidia &  
cordia in procurando hoc summo  
ximoque salutis æternæ negotio: &  
debis, plerosque velut talpas cæcum  
velut ignavos hæerere ac torpere: lice-  
aliis suis reculis nugis & quilibet  
transitoriis, caducisque rebus lyncis  
star oculati sint & solertes. An non  
ritò in illos cadit paræmia attica: *πρωτερον*  
*πρωτερον*; ultima prima & prima no-  
tima. Uti & illa: *εργον ως πρωτερον*  
*εργον ως εργον*. Id est parerga & acci-



ta, velut magni momenti negotia; magna verò negotia, velut ludicra puerorum crepundia tractantur.

II. Verùm unde tam palmaris, etiam in prudentibus sæculi, cæcitas & fascinationis? Duplex hujus miseræ videtur esse radix. 1. Nimia occupatio. 2. Oblivio. Primo igitur obstat moles curarum, & rerum aliarum, aliò mentem abstrahentium, *maxima enim vitæ pars*, ut ait Seneca, *elabitur, alia agendo*. Infestant ergo fluctus curarum, urgent procellæ sollicitudinum; strepitus concupiscentiarum & affectuum commovent. Clamores & vociferationes plorantium, cachinnantium, negotiantium, litigantium, fabricantium, nubentium, convivantium, saltantium, bacchantium interturbant; adeoque de uno ac necessario æternitatis negotio non cogitant.

III. Radix altera, ex priore nasci solita est oblivio: caput enim repletum temporalibus, alia non capit: licet enim sciant hoc unum esse necessarium, & absque illo, reliqua omnia esse puerorum bullas, quamvis magni momenti



242 *Domus aternitatis. Consideratio*  
negotia à Mundo censeantur : *Majorum* pro  
*nuge negotia vocantur* : tamen aliò ab Uti  
tracti, rarissimè huic negotio solidè etiam  
pendendo se tradunt ; ideoque pondus  
ejus immensum, non penetrant, nec pen  
piunt, & quasi rerum terrenarum are  
in oculos sparsâ, atque injectâ, velut  
cino quopiam obscurantur, ne videri  
& cognoscant : *Fascinatio nugacitatis*  
*scurat bona. Sap. c. 4. 12.* Et licet de aterni  
nis aliquando audiant in concione, m  
tamen effluunt audita : nonnulli quidem  
velut è somno evigilantes caput erigunt  
sed mox somno gravati in pulvinaribus  
cidunt : toti absorpti in rei familiaris  
administratione, pecuniæ coacervatione,  
familix sustentatione : statûs conser  
vatione, Principum occupatione, ali  
que sexcentis.

*Increpatio.*

**O** Insensati Mundi affeclæ ! Quis  
fascinavit ? Quis ita vos demer  
vit, ut plùs pueriles globulos, quàm  
bos cælestes animo volvatis ? *Majorum*  
pro luteis puerorum domunculis, quæ



pro æternis tabernaculis curam geratis?  
 Utinam saperetis & intelligeretis hoc u-  
 tum, hoc summum, hoc maximum æter-  
 nitatis negotium! quàm libenter ei per-  
 pendendo indies aliquod tempus im-  
 penderetis? At nunc ad alia omnia nego-  
 tiola tempus suppetit; sed pro hoc gran-  
 di, uniceque necessario negotio tempus  
 non reperitis: *Operamini vestram salu-  
 tem cum metu & tremore*, clamat Apo-  
 stolus. Ad Philip. c. 2. Ergo seponite,  
 quandoque temporalia, & considerate  
 æterna, longè præstantiora: nam *Omnium  
 rerum præstantissimum est, quod æternum  
 est*. S. Aug. L. Quæst. q. 12.

## CONSIDERATIO XXII.

Medium IX. Æternæ Salutis.

Meditatio feria ignis infernalis.

*Quis poteris de vobis habitare, cum igne  
 devorante? Quis habitabit cum ardori-  
 bus sempiternis?* Isaïæ c. 33. 14.

3. Decembris.

**Q**uemadmodum in publico reo-  
 rum supplicio, eisdem educens

L 3

Con-



244 *Domus eternitatis. Consideratio*  
Concionator, proposito supplicio, populum præsentem adhortatur, ut scelera caveat; ne in similem pœnam incidat. Ita quoque Isaias Propheta, statuit ob oculos Assyriorum, peste, seu, ut Judæi tradunt, occulto igne ad 185. millia subditorum, supplicium. c. 33. v. 12. *Et erunt populi, quasi de incendio cinis, id est Assyrii, quasi spinæ collectæ, comburentur & in cineres convertentur.* Atque hoc strage Propheta monet impios: tanquam si diceret: Spectastis ignem temporalem, quasi momento Assyrios enecantem: verum hoc spectaculo sapite: quod enim contigit Assyriis, hoc, imò longè gravius continget, post mortem, omnibus impiis: in illos enim iræ divinæ ignis, non terrenus, sed infernalis; non temporalis sed æternus delæviet; ut semper in æternis gehennæ incendiis sint volutandi nec tamen in cineres redigendi, velut Assyrii, sed vivi semper sint mansuri arsurique. Ita S. Hieronymus. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?*

II. Sicut Isaias hunc ignem Hebræi proposuit ad cautelam; ita quoque



bis proponit ignem infernalem devo-  
 rantem, tanquam medium efficacissi-  
 mum, ad ipsummet hunc ignem devo-  
 randum & extinguendum: Nimirum ex-  
 tinguitur ignibus ignis; ut in fulmine, in  
 ignem cadente, cernimus. Atque ita quasi  
 veneno theriacam, pro antidoto, con-  
 ficimus. Si igitur Mundus te oppugnet,  
 si Caro insurgat, si Dæmon irruat, si ira  
 inflammet, si invidia vexet, si acedia gra-  
 vet, si gula irriter, aut quævis alia tenta-  
 tio te infestet, atque ad flagitium alliciat;  
 ecce clypeum, quem opponas; ecce fræ-  
 num, quo coërceas; ecce amuletum &  
 alexipharmacum potentissimum, quo  
 vim elidas, scilicet viva fides, viva memo-  
 ria, consideratio, & meditatio ignis tarta-  
 rei: *Quis poterit habitare de vobis cum ig-  
 ne devorante? l.c.*

III. Atque ut hoc amuletum agat ef-  
 ficaciùs, singula Prophetæ verba expen-  
 de, per modum meditationis. I. *Quis  
 poterit? Quis sive virorum, sive fœmina-  
 rum, quis sive juvenum, sive senum; quis  
 mortalium omnium tam est robustarum  
 virium? Quis carnem habeat adeò indu-  
 ratam,*



246 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ratam, ferream aut aeneam; ut possit ha-  
bitare & perdurare in igne devorante?  
Potuit Mutius Scævola, dexteram im-  
motam tenere in flamma, ex ostentatione  
& vana gloria, ut refert Curtius L. 2. His-  
tor. Potuit Eremiticola, in vitis PP. L. 1.  
n. 37. flammæ lucernæ suæ immittere  
digitum unum; mox & alterum, & re-  
quos, invictâ patientiâ sustinere in igne  
donec penitus diffluerent & absumeren-  
tur, ad frangendam carnis concupi-  
scitiam. Sed hi brevi tempore. At quis  
poterit permanere, & habitare cum devorante,  
vorante, totâ æternitate?

*Monitum.*

**A** H! scio! nemo id poterit; & rari-  
us debet, quisquis in flagitiis vici-  
eegerit, diem que suum obierit. O quæ  
id durum accidet? Quàm intolerabile  
Cogitate, si inferni cavea nihil esset aliud  
quàm hypocaufti vestri fornax succenturi-  
in qua non in sæculorum sæcula, sed  
nisi duntaxat anni mora jacendum  
ardendum foret, mox atque peccatum  
lethale esset commissum: Quis obsecra-



ram demens foret, ut peccato consentiret? Et tamen non unius anni, sed æternitatis totius incendium certo certius peccatores manet. *Tunc edax flamma comburet, quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinitum patens barathrum inferni devorat, quos inanis elatio nunc exultat.* S. Gregor. L. 9. moral. c. 39.

## 4. Decembris.

**P**ERpende reliqua Prophetæ verba; quorum singula suam habent emphasin. *Quis poterit de vobis? De vobis, inquam, delicatulis, tenellis, cuticula vestra amatoribus, qui nil nisi balsamum oletis & moschum, nil nisi delicias & voluptates spiratis, qui minima incommoda, labores ac dolores, velut pestem detestamini; qui nec pulicis morsum, nec scintillulam fortè in manum incidentem, absque ejulatu sufferre valetis.* *Quis de vobis poterit habitare cum igne devorante? Dico habitare, non subsultim transilire, non celeriter percurrere, non unâ horâ, uno die, mense, anno in eo territorium erigere, aut hospitium tenere; sed*

L 5

stabi-



248 *Domus aternitatis. Consideratio*  
stabiliter habitare, & non tantum centum  
annorum millibus, aut mille lustrorum  
millionibus, sed sæculis & sæculorum  
millionibus infinitis, in igne devorante  
domicilium figere & perennare?

II. Quis poterit habitare in & cum  
igne? Quid gravius quid efficacius igne  
ignis teste Curtio scriptore Romano  
6. c. 12. *Suppliciorum ultimum*: Ut  
enim effera Tyrannorum vis atque im-  
manitas, in supplicia præcepserit, ab-  
catastas, equuleos, rotas & ferrum ex-  
divit; tum ad ignem ventum est, quia non  
habet, quò ulterius procedat: nimirum  
*Ignis suppliciorum ultimum*: nec præter  
tyrannis, nec moderna acerbiores cruci-  
tus invenit, quàm flammis tradere, lentè  
exurere, & assare. Cogita igitur, quid sit  
*habitare cum igne*, tanto supplicio.

III. Sed ah! quali *cum igne*? Cum ig-  
ne, cujus comparatione & fornax Babilo-  
nica, & trojanum incendium, & Sodo-  
mæa conflagratio & omnis Mundi ho-  
jus ignis, non nisi ludus est & jocus: Cum  
igne, cujus flamma quos devorat, illos a so-  
litione veri luminis cæcat: ut foris eos debet  
com-



combustionis cruciet, & intus pœna cecitas  
 obscuret: ut qui corpore & corde deli-  
 querunt; corpore & corde puniantur. S.  
 Aug. de vera relig. c. 51. Cum igne, quem  
 nec omnes omnium hominum lacrymæ,  
 nec omnium fluminum, lacuum, fon-  
 tium aquæ; nec omnes abyssi & maria  
 possunt unquam lenire aut sopire. Cum  
 igne, cujus omnes homines, omnes Dæ-  
 mones, omnes Angeli, junctis licet viri-  
 bus ne vel unam possunt scintillam ex-  
 tinguere: Quia flatus Domini, sicut tor-  
 tens sulphuris succendit eum. Isaia c.  
 30. Et cum igne hoc, quis poterit æter-  
 num habitare?

*Alexipharmacum.*

**O** Peccator lascive! O cœno volup-  
 tatum immerse Amasie; vel Ama-  
 sia! vis ignem impurum extinguere? li-  
 benter, inquis, modò efficax daretur an-  
 tidotum. Audi Doctorem mellifluum  
 serm. 67. de modo bene vivendi, illud  
 suggerentem: Memoria, inquit, ardoris  
 gehenne, extinguat in te ardorem luxuria.  
 Ecce ignis infernalis, medium est, quo  
 nihil



250 *Domus eternitatis. Consideratio*  
nihil ad incendium tuum restinguen-  
dum efficacius. *Ignis compescitur igne* qui  
si actum agat, de salute tua conclama-  
tum est. Quia quod medicina corpora-  
lis non sanat, sanat ferrum; quod fer-  
rum non sanat, sanat ignis; quod ignis  
non sanat, est insanabile. Idem applica-  
tur morbis animæ: quod ignis gehennæ non  
sanat, est incurabile.

5. Decembris,

**I**D Enique considera, quid sit habitare  
cum igne devorante & cum ardentibus  
sempiternis. Nescio explicare. Dicunt  
damnati, qui in eis versantur, eorumque  
vim experiuntur; Dic ergo o Iuda! dic o  
Caipha! o Herodes! o Pharisei! o Cæsar!  
Quis est ignis ille devorans, & quid est  
habitare in igne devorante? Est permanere  
in igne latissimè grassante & terribiliter  
urente & omnia absumente. Cum igne qui  
devoravit, devorat, ac devorabit tot mil-  
liones virorum & foeminarum; tot mil-  
liones juvenum & puellarum; tot mil-  
liones superbiorum, glorioforum, luxuriosorum,  
avarorum, invidiosorum,



tum, iracundorum & acediosorum, in  
 criminibus suis lethalibus decedentium.

II. Hos omnes infernus igne suo in-  
 dit, devorat, seu potius ore aperto ac sem-  
 per hiante vocat, non devorat, absorbet,  
 non decoquit; quia semper vivos reser-  
 vat: si id non capias audi S. Augustinum  
 L. 21. de Civ. c. 4. id declarantem: *Si Sa-  
 lamandra in ignibus vivit, & notissimi Si-  
 cilia montes, tota diuturnitate temporis,  
 atque vetustate, usque nunc & deinceps  
 flammis estuant, atque integri perseverant;  
 satis idonei testes sunt, non omne, quod ar-  
 det, absorbi: & anima indicat, non omne  
 quod dolere potest, posse etiam mori. His do-  
 cemur, qua ratione, hominum sempiter-  
 no supplicio punitorum corpora, & in igne  
 animam non amittant, & sine detrimento  
 ardeant, & sine interitu doleant.*

III. Vorat igitur ignis iste, non devo-  
 rat, ingerit non digerit, absorbit, non  
 consumit. *Dilatavit Infernus animam  
 suam & aperuit os suum absque ullo ter-  
 mino, Itaiæ c. 5. 14. Consumit tamen ac  
 devorat omnes divitum opes, omnes  
 corporis voluptates, omnes potentum*



252 *Domus aternitatis. Consideratio*  
vires, & honores, omnes Regum purpu-  
ras, scepra & coronas. Depascit omnia  
Damnatorum corpora, membra, viscera,  
præcordia, intestina & ossa; eaque instar  
ferri candentis penetrat, totumque cor-  
pus ita succendit; ut ex oculis, auribus,  
naribus ac poris omnibus exhaletur; et  
que inter respirandum, loco aëris, ignis  
attrahatur & emittatur. *O quis poterit*  
*de vobis habitare cum hoc igne devorante*  
*& cum ardoribus sempiternis? Devorantibus*  
*ac deglutientibus, non decoquentibus,*  
*ita ut inter flammarum crepitan-*  
*tium globos, nec pilus intereat tota æ-*  
*ternitate? O ignis insatiabilis! O flamma*  
*inextinguibilis!*

*Amuletum.*

**O** Mundi, Venerisque mancipium  
Dum te titillat ambitio, luxuria, ge-  
la; dic tibi: *Quis poterit habitare cum*  
*igne devorante? ac deinde concludes non*  
*sum tam demens, ut guttâ vel momento*  
*fœdæ voluptatis, emam æternitatem de-*  
*lorum, pœnarum, & seræ, heu nisi*  
*pœnitentiæ quia non sunt condigna vo-*  
*luptas*



Decembris 5.

253

aptates, deliciae, ac veneres hujus temporis, ad futuram poenam, quae revelabitur in Damnatis. Hoc igitur sit tibi in omnitentatione amuletum & frenum; sed si nec hoc te contineat, candelae ardentis flammæ, digitum paulisper insere, aut carbonem ignitum parumper manutene, aut fornacem ardentem vel digiti extremo continge, & experire, num vel medio quadrante, æstum ardoremque illum tolerare valeas. Si id nequeas; cogita, quomodo habitare poteris cum igne devorante & ardoribus sempiternis? In quibus, ut ait S. Cyprianus serm. de Ascens. In proprio adipe, frixæ libidines bullient; & inter sartagine flammeas, miserabilia corpora cremabuntur.

### CONSIDERATIO XXIII.

Medium X. Æternæ Salutis.

Amuffis æternitatis.

Secundum mensuram regula, quâ mensus est vobis Deus. 2. Corinth. c. 10. 13.

6. Decembris.

Considera quemlibet Christianum debere sibi in hac vita extruere

Do-



254 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
Domum perfectionis, & virtutis, cui in  
altera vita respondeat, Domus beatae æ-  
ternitatis, ad illamque applicare assidue  
amissim rectæ intentionis. Sicut enim  
domus materialis construitur magnolo-  
bore, ordine, varietate, sensim crescendo  
ex variis lapidibus, tignis & trabibus, ad  
regulam Artificis: sic domus spiritualis  
ædificatur ex variis virtutibus, & sanctis  
operationibus, idque longo labore, or-  
dine, ac lento incremento semper cre-  
cendo, simulque identidem adhibendo  
amissim sive regulam æternitatis; ne vel  
lapides extent vel lacunas relinquant, vel  
muros curvos, difformes, distortosque  
reddant: ut enim ait S. Gregorius in Mo-  
ral. *Sicut fabrica columnis, columna autem  
basi innituntur; ita vita nostra virtutibus  
virtutes autem in intentione intima subsistunt.*

II. Ut autem constet, quænam sit Do-  
mus Christianæ perfectionis, cuius fa-  
bricæ, amissis æternitatis constanter ad-  
hibenda est; sciendum est illam esse Do-  
mum veræ sapientiæ: cuius longitudo  
est longanimitas; latitudo charitas; ab-  
solutio spes; quatuor parietes sunt quatuor  
virtutes



virtutes cardinales, scilicet Prudentia,  
Iustitia, Fortitudo & Temperantia. Pa-  
mentum est Humilitas; tectum Pa-  
entia; fenestra desiderium cælestis glo-  
rie, perquam intrat & venit lux Evange-  
lii: ostium est obedientia mandatorum;  
ostiarium timor sanctus; custodes sunt  
Angeli: turris est contemplatio; canis  
vigil, improbis motibus & moribus al-  
lucans est syntheresis.

III. Dominus hujus Domus est mens  
& intellectus, Sponsus est voluntas, Filii  
sunt bona opera; servi sunt sensus menti  
obsequentes, mensa est sacra Scriptura;  
panis est Eucharistia; vinum est Sanguis  
Christi; aqua viva est Spiritus sanctus,  
oleum est misericordia, lectus est animi  
quies & pax; medicinæ sunt Sacramen-  
ta; Medici Sacerdotes; hospites Pater &  
Filius & Spiritus sanctus. Ita S. Bern. de  
interiore domo, & Salmeron. O quàm  
præclara Domus! sed cujus fabrica tota  
semper dirigenda est ad amissam bonæ  
intentionis, & motivorum æternorum:  
sic enim fundatur supra petram: si enim  
adhibeatur amissis curva vel pravæ, vel  
adia-



256 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
adiaphoræ intentionis; struitur supra a-  
renam & totum ædificium ruinae expo-  
situm est.

*Documentum.*

**Q**Uare si sapias, mi Lector, ad structu-  
ram tuam spirituales, constantem  
adhibe amissim æternitatis, id est puram  
intentionis, quâ nihil nisi Deum & æterni-  
tatem spectes; & fabricabis Domum ad  
firmam; ut nec curet flabra persecutio-  
num, nec fluctus adulationum, nec æ-  
phyros promissionum, nec aquilones  
minarum, nec nimbos proborum, nec  
procellas verberum; sed in timore & re-  
verentia Dei inconcussa consistet, sicut mo-  
saica cautes, aut sicut rupes, quæ maris  
fluctibus undique runditur, ventis impe-  
ditur, grandine & fulmine feritur; & ta-  
men immota, invictaque consistit. *For-*  
*data enim est supra petram, æternitatis.*

*7. Decembris.*

**I.** **Q**uidquid igitur agis, quidquid  
moliris & cogitas; id omne  
dirigendum est ad amissim & regulam  
æternitatis, nisi distortum & informe



lis virtutis, perfectionisque Domicilium. Suadet id, sub symbolo oculi simplicis, Christus Dominus noster Matth. c. 6. 12. *Si oculus tuus simplex fuerit; totum corpus tuum lucidum erit; ac tota Domus tua illustris: Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum, cum fabrica tua tota, tenebrosum erit.* Hinc quoque hortatur Apostolus 1. Corinth. c. 10. 31. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis; omnia in gloriam Dei facite.* Omnia, inquam, ad Dei honorem, laudem, gloriam, gustum ac beneplacitum: omnia propter motiva & rationes supernaturales, æternas & divinas, cum desiderio habendi intentiones, Angelicas, Archangelicas, Cherubicas, Seraphicas, marianas, theandricas, & si possibile foret, divinas. Hæc ratione, quot opera peragimus tot saxa polita & ornata; imò tot adamantes, smaragdos, chrysolitos, gemasque pretiosas in fabrica Domûs perfectionis uti & Domûs æternitatis beatæ in cælo, collocamus.

II. Eiusmodi formare intentionis est agere secundum motiva & rationes æ-

ter-



258 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ternas; in quo viri sancti excellere stu-  
duerunt; idemque aliis suaserunt: atque  
hos inter B. Aloysius Gonzaga, qui asse-  
rere solebat; cuncta cuiusvis hominis de-  
icta, facta, cogitata, consilia, negotia, de-  
ficia peragenda ac dirigenda esse *secun-*  
*dum rationes aternas.* Omnibus motibus  
vanis, profanis, pravis, temporalibus  
naturalibus rejectis. Papa es, gubernan-  
da tibi est Ecclesiae navicula, *secundum*  
*rationes aternas.* Episcopus es & Pastor  
animarum; regenda tibi est Dioecesis  
aut Paroecia, non propter opes, sed pro-  
pter opus; non propter honores; sed  
propter labores; non propter lac & lu-  
nam, sed propter oves tibi commissa.  
*secundum rationes aternas,*

III. Rex es, administrandum tibi  
regnum, non ad opulentiam, non ad  
stium & pompam; sed *secundum rationes*  
*aternas.* Judex es, judicandum tibi est  
ferenda sententia; non ad munera & va-  
varitiam; non ad cognationem & am-  
citiam; non ad respectum humanum, sed  
potentis vultum; sed *secundum iustitiam*  
& *secundum rationes aternas.* Advocatus es



es, causa controversa tibi defendenda est; non ad lucrum iniquum, non ad protelationem, non ad perversionem & iniquitatem; sed *secundum rationes aternas*. Mercator es; tibi emendum & vendendum est, non ad fraudem; non ad lucrum injustum, sed *secundum æquitatem & rationes aternas*. Agricola es; arandum, serendum, & metendum tibi est, non ad jumentorum tuorum, nihil de Deo cogitantium, similitudinem; sed ad majorem Dei gloriam, & tuam *salutem aternam*. Verbo, æternitas omnium agendorum amissis est & regula.

*Documentum.*

Quocunque igitur in officio ac statu degis, amice Lector, omnes tuas actiones, occupationes, studia & negotia ad hanc amissim æternitatis dirige: ad hanc omnes vitæ tuæ lineas duc, & rectæ erunt: ad hanc, perfectionis exstrue ædificium, & exactum, stabiléque erit, quippe in petra æternitatis fundatum: sin secus feceris, curvum, distortum, labile, manicum & caducum erit, quia in arena arida,



260 *Domus æternitatis. Consideratio*  
arida, sterili ac fluida ædificatum. Ideo  
que non sapientibus, sed architectis stul-  
tis annumeraberis: quia descendit pluvia,  
& venerunt flumina, & flaverunt venti,  
& irruerunt in domum illam, & fuit ruinosa  
illius magna. Matth. c. 7. 26.

8. Decembris.

I. **Q**uemadmodum æternitas, am-  
que omnium agendorum; ita que  
que omnium fugiendorum est regula  
docet enim declinare à malo, atque  
omni eo, quod salutis ac perfectioni  
versatur. In hoc quoque excellere  
cti, qui nec affectum, nec verbum, nec  
ctum in se toleravere quod ad æterni-  
tem beatam, Dei que amorem, non  
geretur. Unde exclamat S. Francis-  
de Sales in Praxi (spirit. p. 4. c. 13. O quam  
bonum est, non vivere nisi Deo! non  
ri nisi propter Deum! non delectari  
Deo! Si vel pilum affectus in me depre-  
derem, qui vel a Deo non oreretur,  
Deum non referretur, eum quanto  
vellerem. S. Mariæ Magdalenæ de Pa-  
zis, cujus sacrum corpus Florentiæ



annum incorruptum est, cor ita amore  
 eternitatis & Sponsi sui cœlestis erat in-  
 flammatum; ut diceret: *Si crederem me*  
*non solo verbo dicto, ob alium finem, quàm*  
*ob amorem Dei, etiamsi non esset ejus offen-*  
*sa, posse evadere Seraphinum, nunquam il-*  
*ud proferrem.* Lancic. opusc. spir. to. 2.  
 p. 148. O amatores ferventes amissis æ-  
 ternitatis & divini amoris! O quantum  
 distamus ab illis!

II. O quàm turpiter multi prò dolor!  
 in fabrica Domûs æternitatis beatæ ab-  
 errant; qui hanc amissim negligunt; tot  
 verba otiosa, vana & nociva proferendo;  
 tot cogitationes & affectus pravos amit-  
 tendo; tot intentiones hypocriticas, fal-  
 sasque sibi formando. Exemplo estis vos  
 sediriosi 250. proceres, qui arreptis tha-  
 uribus, Deo thus obtulistis, non ad a-  
 missim æternitatis, ut Deum honorare-  
 tis; sed ut Moysen & Aaronem in popu-  
 li odium traheretis: sed haud impunè:  
 nam mox vivi descendistis in infernum.  
 L. 3. Reg. c. 21. 29. Tu quoque Herodes  
 ardenter desiderasti invenire Christum  
 infantem, non ad amissim æternitatis,  
 ut



262 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ut adorares; sed ut obtruncares; & pœ-  
nas aternas promeritus es. Matth. c. 2.  
Et tu Absalon primo diluculo stabas ad  
portam regiam & adventantes osculaberis:  
veniam quoque à Rege parente petebas  
abeundi, sacrificium & peregrinationem  
te vovisse simulans: sed non amissim  
aternitatis, at intentione peccatâ, ut  
Patrem de solio dejiceres: hinc illud  
imaturâ morte luisti. Tam noxium est,  
abjicere amissim aternitatis!

III. Quare ne quid simile vel in minimo  
admitteret prædictus Beatus Alphonsus;  
si quid saluti, aut perfectioni, aut regulæ  
aternitatis contrarium, aut ea alienum,  
in se aliisve notaret, illud interrogabat:  
*Quid hoc ad vitam aternam?*  
Quoties narrabantur profana, ludibria  
& nugatoria: quoties occurrebant, vel  
oculis amœna, vel palato dulcia, aliter  
sensibus grata: mox inquirebat: *Quid  
facit hoc ad vitam aternam?* Beatum  
juvenem meritò imitatur, quisquis cele-  
stis ac perfectionis suæ est cupidus, si  
bertas suggerit, quærendos socios, si  
bascum tempus teras, ludas, circenses,



potites, tripudies: sed repone: *Quid hoc ad vitam æternam?* Amor proprius & Voluptas suadet; ut laborem fugias, otio te des, somno immodico indulgeas. Curiositas impellit, ut studiis ab officio tuo alienis vaces, ut negotia statui tuo non convenientia tractes; sed quãtocyus tibi inclama. *Quid hoc ad vitam æternam?* Applica amussim æternitatis & mox exitorem videbis.

*Monitum.*

Quare, quisquis salutis & perfectio- nis propriæ es Candidatus, exem- plo Sanctorum virorum, identidem a- mussim æternitatis, inter fabricandum adhibe: sinceram puramque intentio- nem operibus tuis præfige; nullatenus verò cum Core, Herode, Absalone amuf- sim abjice; aut pravas hypocriticalque in actibus tuis intentiones admitte: tibi, sicut B. Aloysio regula & amussis om- nium, tam agendorum, quàm fugiendò- rum, sit Deus, sive *vita æterna*: quod ad hanc non facit, neque conducit, pro- scribe. Divitias amas? *Vita æterna* dabit.

Pars IV.

M

Ho-



264 *Domus æternitatis. Consideratio*  
Honores ambis? *Quære eos in vita æter-*  
*na. Sensibus jucunda sectaris? Vita hæc*  
*guttas tantum; vita æterna, voluptatum*  
*torrentes propinabit. Interea, utere qui-*  
*dem guttis licitis; sed semper in fonte*  
*fonti & scaturigini. Hæc enim est*  
*sapientia, haurire guttas; sed in suo fonte*  
*gustare mel; sed in suo favo; gaudere cre-*  
*aturis, sed in Creatore. Vincentius Car-*  
*raffa, in Seraphino L. I. c. 10.*

## CONSIDERATIO XXIV.

Medium XI. *Æternæ Salutis.*

*Statera æternitatis.*

*Utinam appenderetur calamitas mea, quæ*  
*patrior in statera! Job. c. 6. 2.*

*9. Decembris.*

**P**ERpende, quomodo Job appen-  
& ponderari optet peccata sua,  
una stateræ lance; & in altera calamita-  
tes suas; hasque autumet, velut arena  
maris graviores apparituras. Ita centes  
de se vir justus & sanctus. Simili modo  
complures hodieum reperiuntur, qui  
se vel probos, vel non adeò malos, re-  
m-



magnis, multisque criminibus obnoxios  
 putant; & tamen tot se calamitatibus  
 gravari, imò velut procellis obrui, ge-  
 munt ac lamentantur, dicentes cum Jo-  
 ho: *Utinam appenderetur calamitas mea,*  
*quam patior in statera!* l. c. O quanto  
 hæc gravior præ peccatis meis, appare-  
 ret! Verùm heus tu! bone vir: *statera justa*  
*æqua sint pondera.* Levit. c. 19. § 6. Qui-  
 bus & culpas & pœnas ponderes: Quia  
*statera dolosa abominatio est.* Prov. c. 11. l. 1.  
 II. Colloca igitur in lance una, om-  
 nia peccata tua lethalia; quæ forsan af-  
 scendunt, ad numerum multorum mil-  
 lium: & quot hujusmodi peccatis te ob-  
 strinxisti; toties æterna Orci incendia  
 promeruisti: hæc pone in lance altera;  
 & videbis ad oculum; quantum aberres;  
 & quàm in omnibus, quantiscunque ad-  
 versus, morbis, doloribus, persecutioni-  
 bus, depressionibus, exilio, infortunio,  
 infamatione, &c. nullam querelarum  
 causam habeas. Unicum peccatum lethala-  
 re superbiæ, quasi unico temporis mo-  
 mento commisit Lucifer, Angelus nobi-  
 lissimus; & mox instar fulminis è cælo,



266 *Domus aeternitatis. Consideratio*  
in Tartarum præcipitatus est, flammis  
que æternis addictus. Adam pomi ve  
ti frustum comedit; & inobedientiæ cri  
mine se obstrinxit; ac mox è terrestri pe  
radiso ejectus; omnibus ortûs sui præ  
gativis exutus; ad nongentorum ann  
rum pœnitentiam condemnatus est. Ho  
stros quoque omnes ( cogita quot mil  
liones ) mortis & tantarum calamitat  
hæredes scripsit. O quale diluvium  
lorum, ob peccatum unicum, totum  
Mundum inundavit! & æternum totius  
marum interitum peperit! Atque hinc  
nius peccati funestus est partus: & tu peccasti  
tot peccata, de calamitatibus tuis quæ  
ris? *Appende in statera.*

III. Sed demus, te unico duntaxat  
in omni vita tua, lethali crimine Deum  
offendisse: an vel sic causam justam op  
relarum habebis? Contrarium jam  
Lucifero & Adamo vidisti. Sed mit  
lancem unam, unicum peccatum Le  
le; in alteram incendium inferni per  
ne, quod pro meritis es, & cernes ju  
divinæ æquitatem. Rursum arripe  
teram, & in una scutella pone in



tormenta, ignem, famem, sitim, vermem,  
 etorem; in alteram conjice, quidquid  
 inquam crudele, terribile ac dirum, ab  
 corde condito excogitavit & adhibuit  
 tormentorum, sæva Tyrannorum cru-  
 delitas; & videbis, posteriora omnia,  
 velut plumulam, aut aquæ bullam in  
 altum sustolli.

*Monitum.*

Quid igitur, ô homo impatiens! in  
 adversis lamentaris? Quid Do-  
 mum & viciniam querelis imples? millies  
 graviora, vel unico mortali crimine me-  
 & ruiti: omnia enim hujus Mundi adver-  
 sa ac supplicia, cum æternis comparata,  
 vix festuca aut palea sunt reputanda.

*Quæcunque gravia, ait S. Augustinus*  
*serm. 109. In comparatione aeterni ignis,*  
*non tantum parva, sed nulla sunt. Si adhuc*  
*dubites & quæras quare? Audi S. Chryso-*  
*stomum, rationem reddentem: Hæc tormen-*  
*ta temporaria sunt; illic vermis nõ moritur,*  
*ignis non extinguitur. Homil. 19. ad pop.*

10. Decembris.

Concedamus etiam, te tantâ sem-  
 per vixisse innocentia; ut in omni

M 3

vita



268 *Domus eternitatis. Consideratio*  
vita tua, ne vel unum admiseris lethale  
peccatum: sed quotnam perpetrasti pec-  
cata venialia; quibus omnes obnoxii su-  
mus? Siquidem *in multis offendimus om-  
nes*, Ut inquit S. Jacobus ep. c. 2. 3. *Et*  
*non est homo in terra, qui non peccet;*  
Ecclesiastes c. 7. 31. *Excepta sanctissima*  
*Virgine Maria*, ut scribit S. Augustinus  
L. de nat. & gra. c. 36. *Si omnes illos Sa-*  
*ctos, cum hic viverent, congregare pos-*  
*semus, & interrogare, utrum essent sine pec-*  
*ccato; quid fuisse responsuros putamus;*  
*quod S. Joannes Apostolus? Si dixerimus,*  
*quod peccatum non habemus, nos ipsos sedu-*  
*cimus, & veritas in nobis non est.* 1. Joann.

II. Ut autem clarius perspicias num-  
rum peccatorum venialium, quæ com-  
misisti; sume palimpsestum & creta  
calculumque sive computum ini-  
modo: scribe 365. dies unius anni,  
scribe cuius diei 7. peccata venialia  
quidem septies in die, potest cadere  
stus; juxta illud Proverb. c. 24. 16. *Septies*  
*cadet justus & resurget.* Et numero  
tenerario multiplica dies anni, ita  
anno resultabunt peccata venialia 2555.  
deca



decennio 25550. annis autem quadra-  
ginta numerabis centum & duo millia.  
centa peccata venialia. Quod si ex  
his unum solum, meretur calum adver-  
sari, pestem, famem, bellum, exilium, ja-  
cturam bonorum, inò ipsam mortem;  
quid merebuntur tot millia?

III. Unum peccatum veniale diffi-  
dentia commisit amicus Dei maximus  
Moyses, & ideo terrâ promissionis ex-  
clusus est. Num. c. 20. 10. Unum pecca-  
tum veniale admisit Uxor Lot, ex curio-  
sitate respiciens retrò; & mox conversa  
est in statuam salis. Gen. c. 19. Vir pauper-  
culus, colligens duo ligna die sabbathi,  
à Deo jussus est lapidibus obrui. Num.  
c. 15. 35. Quadraginta duo parvi pueri,  
Elilæum irridentes & dicentes, *Ascende  
Calve, ascende calve*; ab urfis dilacerati  
sunt. 4. Reg. c. 2. 23. Ezechias Rex san-  
ctus, Legatis Regis Babylonæ, ostendit  
thesauros suos; cum elatione quadam &  
ostentatione. Atque in pœnam hujus  
vanitatis, omnibus suis rebus spoliatus  
est, quæ cum Filiis abductæ sunt in Baby-  
lonem. 4. Reg. c. 20. Unum quoque pec-



270 *Domus aternitatis. Consideratio*  
catum veniale perpetravit David, jubendo numerari populum sibi subjectum quæ vanitas & ostentatio, ita Deo displicuit; ut peste ob id repente immisâ, vivis sustulerit septuaginta millia virorum. 2. Reg. c. 24. 15. Computa, quot virorum millia meruissent deleri peccata venialia duo, quot tria, quot decem. Ex quibus collige, qualem tu penam merearis, licet totâ vitâ tuâ, non nisi unum cum admisisses peccatum veniale. *Expende in statera*, hinc peccata tua, in adversitates; atque inter omnia adversa animus stabit in æquilibrio.

*Documentum.*

**I** Nunc, homo querule in adversis, pondera malitiam, numerumque peccatorum tuorum, eaque cum calamitatibus ad libellam expende. O quot meruisti, excludi longo tempore terræ promissionis cælesti, ac mitti in exilium purgatorii, propter diffidentias? Quot meruisti converti in statuam salis, ob curiositates? Quoties lapidibus obrui, ob modicas sabbathi violationes? Quot



dilacerari à belluis, propter proximi irri-  
siones? Quoties omnibus spoliari bonis,  
propter ostentationes? Quoties peste in-  
fici, cum omni familia, ob tuas vanitates?  
Hæc confer cum iis, quæ modò sustines  
adversis; ac facilè dispicies, quàm im-  
meritò queraris & *quod non possis ei re-  
spondere unum pro mille. Job. c. 9. 3.*

## 11. Decembris.

**Q**uod si verò peccatorum pœnæ,  
non satis ad patientiam te per-  
moveant; præmiorum saltem cælestium  
magnitudo inflectat. Apprehende denuò  
tanquam æquus libripens cum S. Paulo  
frateram, in cuius lancem unam, conjice  
omnes hujus vitæ tribulationes & mise-  
rias, labores & vigiliis, famem & sitim,  
frigus & nuditatem, carceres & ærum-  
nas, infirmitates & dolores; naufragia &  
pericula. In alteram verò lancem mitte,  
æterna cæli præmia, ac immarcessibilem  
gloriæ coronam: & videbis, quomodo  
lanx tribulationum, velut plumulis pau-  
cis repleta, violenter attollatur: lanx au-  
tem, præmiis cælestibus gravida, subsi-

M 5

dat:



272 *Domus aternitatis. Consideratio*  
dāt: unde meritò ad lancem illam pro-  
nuntiabis; *momentaneum & leve*; ad  
hanc verò, *aternum gloria pondus*.

II. *Mendaces filii hominum in statere*,  
Pfal. 61. 10. Qui leves hujus vitæ ad-  
versitates, gravissimas ducunt; aternum  
verò sive pœnas, sive coronas, parum  
ponderant. At non sic Filii Dei; non  
gloriosi Christi pugiles, qui tormen-  
omnia, mortes ac martyria, licet cruce-  
lissima, tanquam exigua & brevia, tan-  
quam *momentaneum & leve* censuerunt  
ac despexerunt; præmia verò cælestia  
coronas immarcescibiles, velut *aternum*  
*gloria pondus*, summi æstimarunt. Atque  
hæc æqua ponderatio, ad mortem  
supplicia quævis, animo forti subeun-  
da inflexit.

III. Quid enim animavit Apostolorum  
Principem? Quid Doctorem Gentium  
Quid sanctos Stephanum, Laurentium,  
Vincentium, Sebastianum, Ignatium,  
Agnetem, Theclam, aliosque Martyres  
inter gladios & cruces; inter equales  
& sartagines; inter leones & bestias;  
ter laqueos & secures; inter prunas  
ignem



ignes? *Momentaneum tribulationis, eternum pendus gloria, gaudio & voluptatis.*  
 Quid hisce fortissimis Christi Athletis, prunas in rosas, cruciatus in recreationes, laqueos in torques aureos convertit? Quid confortavit, quid solatio replevit, quando suspensi sunt, decollati sunt, lapidati sunt, lecti sunt, decorticati sunt, lacerati sunt, excoriati sunt, adusti sunt, frixi sunt, tosti sunt, aliaque tormenta dirissima perpeffi sunt? *Momentaneum est eternum. Momentaneum pena, eternum gloria.*

*Monitum.*

Idem quoque te, O Christiane! in quacunque cruce, dolore, morbo, persecutione, morte ac martyrio, sive cruento, sive incruento, animet, excitet, roboret ac soletur. Appende & pondera, adversa & praemia, visoque immenso discrimine, bene animatus dices cum S. Augustino: in Psal. 36. *Quid appendis cum infinito, quodcunque finitum?* Exclamabis quoque cum Apostolo: *Momentaneum est leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate eternum gloriae pondus*



274 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*operatur in nobis. 2. Corinth. c. 4. 17.*  
Obstupescas denique cum Filiis Israel,  
dicens *Manhu? manhu?* Quid est hoc  
quid hoc est, quod pro micis, minutis  
momentisque laborum ac dolorum, pro  
Dei honore tolerantium, tanta in  
beatitudinis effundantur à Deo profu-  
via? Tunc videbimus ac fatebimur, cum  
Vate regio; psal. 28. 10. dicentes: *Dom-*  
*inus diluuium inhabitare facit*, in domo  
sua cælesti, & in qualibet anima sancta.  
Verè enim non stillicidiis, non torrenti-  
bus, non fontibus, non oceanis, sed ipsius  
diluuii suæ magnificentiæ, omnes be-  
tos inundabit Deus, merces magna, mag-  
na, magna nimis.

## CONSIDERATIO XXV.

Medium XII. Æternæ Salutis.

Præ gustatio æternitatis.

*Gustate & videte, quoniam suavis est Do-*  
*minus. Psal. 33. 9.*

12. Decembris.

I. **C**onsidera, gustum in rebus spiri-  
tualibus, æternis ac divinis; be-  
na



nam ad æternitatem beatam adipiscendam, dispositionem ac medium præclarum esse. Quemadmodum enim gustus & sapor in cibus, sanitatis est indicium; & gustus ac sapor in lectione Ciceronis, Horatii, Virgilio, Ovidii, apud Musarum alumnos, profectus in studiis, signum est: ita pariter in homine Christiano, in sacerdote, in Religioso, sapor, gustus, oreis rerum spiritualium, æternarum ac divinarum, optimum salutis obtinendæ pignus, optimum medium ac signum est. Deus enim *disponit omnia suaviter*, & sicut agentia naturalia libera; ad agendum, non necessitate compellit; sed voluptate trahit & allicit; ita pariter procedit in supernaturalibus. *Trahit suamque voluptas.*

II. Cernis quotidie animalia, non tantum ad sumendum cibum, adigi necessitate reficiendarum virium; sed etiam allici suavitate oblectandi palatum. Cernis oculos nostros, non tantum necessitate ad aspiciendum lumen & colorem compelli; verum etiam delectamento pulchræ lucis, elegantiaque colorum,



276 *Domus aternitatis. Consideratio*  
nec non latentis symmetriæ, provocati  
Cernis aures, non ad voces tantum, sonis  
nosque converti; sed & harmoniæ, carne  
consonantiæ intendere, atque eâ oblectari. De ca  
ri. Par est de reliquis sensibus. Simili  
cernimus in supernaturalibus: dare em  
tolet divina Bonitas servis suis, gustu  
saporem, oblectationem; quâ allicie  
tur ad decurrendam, cum alacritate II  
constantia viam Domini, exercenda  
actiones spiritûs. Gustum hunc S. An  
gustinus L. 1. de gratia c. 13. *Suavitatem*  
*ineffabilem* nuncupat. Hanc suavitatem  
hanc prægustationem æternitatis experi  
mentalem, habebat David, dicens Psal  
33. *Gustate & videte, quoniam suavis*  
*Dominus.* Eandem sentiebat Sponsa  
de dicebat Cant. c. 2. *Fructus ejus dulcis*  
*gutturis meo & Cant. c. 5. Comedi favos*  
*cum melle meo.* Eum quoque prægustat  
& prælibationem hodie dum sentimus  
homines devoti, præsertim tyrones, pi  
pia ardentiq̃ sumptione Eucharistiæ  
aut in meditatione: de hac loquitur  
Gregorius L. 24. Moral. c. 7. explicans  
Iud Jobi: *Videbit faciem ejus in*



Plerique contemplatione quadam retribu-  
tionis eterna, etiam priusquam spolientur  
carne, hilarescunt; dum in júbilo faciem  
Dei conspiciunt; quod fit dum aliquis spi-  
ritualem oculum in radio solis eterni figit:  
ibi lumen vivens videt, & omni mutabi-  
litatis vicissitudine calcata, veritati eter-  
nitatis inheret.

III. Causa verò hujus suavitatis, gu-  
stus júbili, est Deus, ejusque gratia dele-  
ctans, & vincens, ex qua oritur illumina-  
tio intellectus, excitatio & motus volun-  
tatis, atque oblectatio cupiditatis. Intel-  
lectus pascitur veritate, voluntas bonita-  
te, cupiditas suavitate; una autem ea-  
demque gratia, triplicem hunc producit  
effectum; & quia illuminat, lux seu lu-  
men; vocatur; quia inflammat, calor,  
fervor, ignis dicitur; quia delectat atque  
confortat, unctio, suavitas, auxilium no-  
minatur. Est igitur gratia hæc delectans,  
suavitas menti divinitus infusa, quâ  
mens hominis, sive voluntas, in bonum  
supernaturale pertrahitur; in eoque con-  
tinetur; ideoque meritò beatæ æternita-  
tis quædam prægustatio, & medium in-  
signe esse statuitur.

*Peti-*



*Petitio.*

**O** Domine ! per omnia Sacra obte-  
stor te, identidem hujus gratiae tuae  
dona, mihi famulo tuo indigno, conce-  
dere dignare ; quæ gratia virtutis & lu-  
lutis obstacula vincat, quæ intellectum  
illuminet, voluntatem excitet, cupidita-  
tem suavissimè lætet, oblectet, & in bo-  
no contineat. Quomodo enim absque  
illa, aeternitatem beatam obtinere pote-  
ro ? Sanè sine hac nemo ex lutulentis  
sceleratæ vitæ oblectationibus, palatum  
extrahit : nemo amaros pœnitentiæ fru-  
ctus vel primis labris degustavit : nemo  
propriæ sensualitati, amoris privato, sibi  
que bellum indixit : nemo arctum cœli  
iter ingressus ; nemo Christi Jesu crucem  
complexus, nemo cœlis violentiam  
inferre ausus est. Largire mihi igitur  
hanc gratiam, & dives ero.

*13. Decembris.*

**I.** **C**onsidera ultteriores effectus gra-  
tiæ delectantis ; quos recenset  
Augustinus & quaternos numerat.



*Auxilium*. 2. *Fertilitatem*. 3. *Fortitudi-*  
*em*. 4. *Perpetuitatem*. I. *Gratiæ dele-*  
*ctantis*, & *vincentis effectus ac fructus*  
*est, auxilium*. Unde à S. Doctore L. 1. de  
*gratia*, vocatur *adjutorium*, *ad bene a-*  
*gendum*: quod Deus naturæ atque do-  
*ctrinæ* adjungit, flagrantissimam & luci-  
*ssimam* charitatem inspirando. II. Ef-  
*fectus alter gratiæ hujus est fertilitas*.  
 Nam ut idem S. Præsul scribit L. 2. de  
*mer. & remiss. c. 17*. Ejusmodi suavita-  
*tem donat Deus*, *ut anima nostra terra,*  
*quos virtutum fructus ferat*; aliàs arida  
 & sterilis futura; velut ager; quem nec  
 ros, nec pluvia emolliverit. III. Effectus  
 est *fortitudo*; quæ vincit, roborat, con-  
 fortat: quæ adversantes cupiditatum il-  
 lecebras, terrores, ab improbis intentat-  
 os, inolitæ consuetudinis vim; & quid-  
 quid vitiis suffragatur, vincit atque ex-  
 pellit. Hinc eodem Libro c. 19. San-  
 ctus Doctor eam *delectationem victri-*  
*cem* nominat.

II. Quartus gratiæ hujus effectus est  
*perpetuitas*: nam à S. Augustino L. de  
*corrupt. & gra. c. 8*. vocatur *delectabilis*  
 per-



280 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*perpetuitas, & insuperabilis fortitudo*  
quam Deus infundit, non solum per eos  
qui plantant, & rigant extrinsecus;  
verum etiam per seipsum intrinsecus dan-  
tem incrementum, non solum ostende-  
do veritatem; verum etiam impertientem  
charitatem: explicans enim Tract.  
in Joan. illa verba Joan. c. 6. *Nemo*  
*est venire ad me, nisi Pater meus traxerit*  
*eum.* Sic ait: *Est quadam voluptas cor-*  
*am panis ille caelestis est dulcis.* Porro si Pa-  
ta dicere licuit: *Trahit sua quemque*  
*luptas; non necessitas, sed voluptas, non*  
*ligatio, sed delectatio: quanto fortius,*  
*dicere debemus, hominem trahi ad Chri-*  
*stum, qui delectatur veritate, delectatur*  
*beatitudine, delectatur iustitia, delectatur*  
*sempiterna vita, quod totum Christus est.*  
*verò habent corporis sensus, voluptates sunt.*  
*& animus deseritur à voluptatibus suis.*

III. O quàm sunt felices illi, qui  
gratiã delectante, à Deo donantur: qui  
velut Filios & pullos gratiæ delectantur.  
Doctor mellifluus: *Viros repletos con-*  
*latione, superabundantes gaudio iucunditate,*  
*semper hilares, spiritu ferventes,*



die meditantes in lege Domini : crebrò suspicantes in calum ; & puras manus in oratione levantes , sollicitos observatores conscientia , & devotos sectatores bonorum operum ; quibus amabilis disciplina, dulce jejunium, vigiliae breves. O quàm præclari fructus gratiæ delectantis ! Ex adverso qualesnam sunt, eâ carentes ? teste eodem S. Doctore : sunt pusillanimes & remissi ; deficientes sub onere ; virgâ & baculo indigentes ; quorum brevis & rara est compunctio, animalis cogitatio, tepida conversatio, quos vix gehenna metus inhibet. O quam hi infelices !

*Petitio.*

O Deus, Author naturæ, dator gratiæ, fons gloriæ ; hâc me beare digneris delectante ac vincente gratiâ ; quæ opem & auxilium mihi afferat ; bonorum operum me feracem efficiat ; robur addat & perpetuitatem in bono concedat ; quâ si præditus fuero, operabor justitiam, execrabor malitiam, Jesum pauperem & crucifixum lætus sequar ; ero mei hostis, Jesu socius, concivis Angelorum,

terror



282 *Domus aternitatis. Consideratio*  
terror Dæmonum, oblitus naturæ, obli-  
tus consuetudinis malæ, oblitus fragili-  
tatis propriæ, ero fide & tentatione pro-  
batus, spe firmatus, charitate roboratus,  
& usque ad eminentem Sanctorum scien-  
tiam elevatus. O anima mea, gusta & re-  
de, *quoniam suavis est Dominus.*

14. Decembris.

I. **P**Erpendendum denique, quâ ratio-  
ne, hæc prægustatio aternitatis  
fiat, ut eâ potiamur. Melle implendus es,  
ac melle, super mel & favum dulcior,  
at aceto plenus es; ubinam mel cælestis  
repones? Effunde prius acetum; corrige  
palatum & gustum inordinatum, fun-  
gorum, peponum & alliorum terre-  
strium; sic melle divino repleti poteris  
quo peracto, cor ad gustum cælestium &  
aeternorum porrigendum est. I. Fides  
hâc enim purificantur & acuuntur cor-  
da nostra, ad gustanda dona cælestia; nisi  
enim fides credit; mens etiam non ca-  
pit, multo que minùs cupit & gustat. II.  
Huic succedit spes firma, certa, vegeta  
beatitudinis aternæ, quâ suspirat, ipsa



que suspirium, est gustus dulcis gutturi  
 ejus. III. Sequitur desiderium amoris,  
 amorque desiderans, & anhelans; qui est  
 manus spei, quâ apprehendit; est os ejus,  
 quo gustat id, quod sperat. *Satiabor cum  
 apparuerit gloria tua. Psal. 16. quam para-  
 sti in dulcedine tua. Psal. 67. 11.*

II. Post hæc IV. Charitas os suum  
 aperit, gutturque exserit, ad gustandum  
 id, quod *preparavit Deus diligentibus se:*  
 atque identidem corda urget, acuit pala-  
 tum, ad gustandum, ad ruminandum, ad  
 eructandum illud bonum, illud suave,  
 illud mellifluum, beatificum, divinum:  
 diligentes remunerans; esurientes satians,  
 sitientes inebrians, inanes replens. Os  
 autem charitatis est amorosa suspiratio,  
 fauces desiderium, dentes meditatio,  
 ventriculus memoria, gustus contempla-  
 tio, fames expectatio, ructus plenitudo,  
 calor & digestio, fervor & ardor ac pro-  
 fectus assiduus illius.

III. Denique ruminatio ejus, est illa  
 repetita, illa innovata, irrequieta, inde-  
 ficiens, oblivionem nesciens, absentiam  
 non ferens, dilatione tabescens, experi-  
 mento



284 *Domus eternitatis. Consideratio*  
mento crescens, gulofitas fpiritualis, &  
ingluyies fancta charitatis, quæ nunquam  
*dicit fufficit*: fed femper oggerens. Deo  
totique cælo, *affer, affer*, amplius, am-  
plius, adhuc, adhuc. Imò hæc ardens  
urgens charitas, omnia quoque fenfibus  
& amori proprio amara, velut fac-  
rum dulcorat: unde tali charitate  
flammato, dulcia funt jejunia, cilicia,  
gella, juventutis doctio, infirmorum  
fitatio, carceribus mancipatorum con-  
folatio, cantus chori in frigore; aliter  
fuetis, tenue & frugale prandium, cruci-  
contemptus, perfecutio, aliaque omnia  
amori proprio contraria. *Gustate & con-*  
*dece, quoniam fua vis eft Dominus.*

*Adhortatio.*

**O** Filii lucis! ô Christiani! ô Eccle-  
fiastici & Religiofi! gustate, & con-  
dece, quàm fua vis fit Dominus; fed pro  
mundate cor; effundite acetum, ut  
piatis manna; contemnite & dimittite  
terrena; ut apprehendatis cæleſtia:  
tunc gustate fide, quæ mentis pincer-  
agit, gustate ſpe, gustate deſiderio, gustate  
re



de charitate. At quænam fercula? quæ-  
 nam dapes delicatas? Gustate manna  
 Angelorum, convivium sapientiæ, Cæ-  
 nam magnam, nuptias Agni, fructus ar-  
 boris vitæ; terram lacte & melle manan-  
 tem; in qua reperiuntur dapes dulcissi-  
 mæ; nimirum Deitas & Trinitas suavis-  
 sima; amabilissima ejus potentia, Sapi-  
 entia, Bonitas, Charitas, Veritas, æqui-  
 tas, dulcedo, pulchritudo, sanctitas, æ-  
 ternitas. Has epulas delicatissimas re-  
 cordari, meditari, contemplari, amare,  
 desiderare, sperare, totis viribus concu-  
 piscere, gustare, ruminare, beatæ æterni-  
 tatis promulsis est & prægustatio: quæ  
 omnia, in hac vita, sensibus amara, falsa,  
 acida, atque insipida, super mel & favum  
 dulcorat. Tantùm *gustate & videte*: mel-  
 lis dulcedo, melius experientiâ & gu-  
 stu, quàm verborum explica-  
 tione, percipitur.



CON-



## CONSIDERATIO XXVI.

Medium XIII. *Æternæ Salutis.**Sementis copiosa æternitatis.**Quæ seminaverit homo, hæc & metet.**Ad Gal. c. 6. 8.**15. Decembris,*

I. **C**ONsidera Christianum quemlibet in hac vitâ, oportere agricolam agere, & largam bonorum operum mentem facere; ut sementi messis copiosa respondeat: ut autem hanc referat, & I. Velut prudens agricola, bonam aptam, fertilemque glebam eligat, cuiusmodi verò terra, est depressa & humilis: *Valles abundabunt frumento. Psal. 64. 14.* Non terra montosa per superbiam, aut petrosa per obstinationem.

II. Ceu diligens Agricola, è terra ad se mentem electa, ante omnia, spinas rubæ extrahat, ne excrescentes, semen terræ concreditum suffocent. Unde mox *Jeremias c. 4. 3. Novate vobis novale.*



colite serere super spinas. Alioquin eveniet, quod idem Propheta vaticinatur: *Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt.* c. 12. 13. Quænam verò sint spinæ, proponit Christus Dominus Matth. c. 13. *1. Spina sunt cura & sollicitudo seculi, & fallacia divitiarum, quæ suffocat verbum Dei & sine fructu efficitur.*

II. Deinde Christianus, velut sedulus Agricola. III. Seminet frumentum suum cum gaudio, spe messis copiosæ, excitatus. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Corinth. c. 9. 7. & Eccli. c. 35. 11. *In omni dato hilarem fac vultum tuum; & in exultatione sanctifica (& offer) Decimas tuas.* Quas lætitia & exultatio, Deo gratias, sanctasque; tristitia lividas & odiosas reddit. IV. Spargat semina plenâ manu; quò enim erit uberius sementis; eò quoque erit copiosior messis. Nam *qui parce seminat, parce & metet.* 2. Corinth. c. 9. 6. Et Tobias senior dicebat Filio suo: *Simultum tibi fuerit, abundanter tribue.* Tob. c. 4. 9.

III. Denique V. velut bonus Agricola, optet & expectet pluviam. Pluviam, Pars IV. N in-



288 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*inquam, lacrymarum. Qui seminant in*  
*lacrymis, in exultatione metent* Psal. 25. 5.  
Hic est tempus flendi. *Beati qui lugent,*  
*quoniam ipsi consolabuntur.* Fundat ergo  
inter seminandum lacrymas, I. Ob inco-  
latûs præsentis labores, ærumnas & mi-  
serias; quæ animam sitientem potest  
Psal. 76. 6. *Potum dabis nobis in lacrymis,*  
*in mensura.* II. Fundat lacrymas ob ca-  
pas proprias, quæ à peccatis lavant. Psal.  
6. 6. *Lavabo per singulas noctes lectum*  
*meum, lacrymis meis stratum meum riga-*  
*bo.* Et Jeremiæ c. 4. 14. *Lava à malitia*  
*cor tuum, ut salva fias.* III. Fundat lacry-  
mas ex timore gehennæ, quæ refrigerent  
animam ab ardore concupiscentiæ. Psal.  
114. 8. *Eripuit animam meam à morte,*  
*oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapide.*  
IV. Fundat lacrymas, præ desiderio ce-  
lestis patriæ, quæ animam sterilem fecun-  
dent. Psal. 136. 1. *Super flumina Babilonia,*  
*illic sedimus & flevimus, cum rueret*  
*daremur tui Sion.* V. Fundat lacrymas  
pro miseris proximorum, quæ charitatem  
demonstrent. Jerem. c. 9. 1. *Quis*  
*abit capiti meo aquam, & oculis meis*



um lacrymarum, & plorabo die ac nocte,  
interfectos populi mei? O quàm ex tali se-  
mente lacrymosa, exsurget messis læta &  
copiosa!

*Paranesis.*

O Christiane! esto diligens ac sedulus  
Agricola: nunc tempus est semen-  
tis, laboris, sudoris & lacrymarum; vita  
autem futura est tempus messis, quietis &  
exultationis. Nunc igitur effice cor tuum  
velut agrum fertilem, humilitate; spinas,  
rubosque passionum & vitiorum excin-  
de; cum gaudio semen sparge, & quidem  
largâ manu; nec lacrymas cohibe; quæ  
inter miseras ac labores profint: lacry-  
mæ enim doloris, contritionis, timoris &  
amoris, Deum quodammodo cogunt,  
animæ tenebras pellunt, sacrificium bo-  
norum operum impingunt, diabolum  
fugant, inferni ignem extinguunt. *Ignem  
enim ardentem extinguit aqua. Eccli. c.  
1. 33. Magna vis lacrymarum: eodem  
momento Deum flectit, oculos rigat, cor  
abluit, & gehenna ignem extinguit. U-*  
lorus.



16. Decembris.

I. **P**Ræparatâ, subacta, purgatâ & trigatâ terrâ, cogitandum de bona semine: qui lolium serit, triticum non metet. Vulgare metrum est:

*Quod sibi quisque serit, presentis tempore vita,*

*Hoc sibi messis erit, cum dicent*

*Venite.*

*Quoniam quæ seminaverit homo, hæc metet. Ad Gal. c. 6. 8. Qui seminavit in carne sua, de carne & metent corruptionem.*

*Ibidem. Quæris quænam sint lætina corruptionis & æternæ damnationis?*

*Audi Apostolum, ea recensentem, ad Cor. c. 5. 19. Manifesta sunt opera carnis,*

*sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia,*

*inimicitia, contentiones, ira, rixa, ebrietas, comestiones &c.*

*Quæ prædico vobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, non regnum Dei consequentur. Ecce*

*mentem corruptionis, opera carnis corruptibilis: ecce messem damnationis.*

*Regnum Dei non consequentur.*



II. Abiecto igitur & vitato lolio, ac semine corrupto; bonum semen elige seminandum, & fructum bonum afferet.

Simile est regnum calorum homini, qui seminavit bonum semen, in agro suo. Matth.

c. 13. 24. Quodnam verò est semen bonum? Respondet idem Apostolus, esse semen spiritus: *Qui autem seminant, in spiritu; de spiritu & metent, vitam æternam.* l. c.

Quænam verò sunt semina spiritus? Enumerat ea pariter Apostolus:

*Fructus autem spiritus sunt; charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, mo-*

*desia, continentia, castitas. Quibus adde opera misericordiæ. Quid seminabimus?*

rogat S. Augustinus in Psal. 125. Et reponit: *Opera bona, opera misericordiæ,*

*semina nostra sunt, de quibus Apostolus ad Gal. c. 6. 6. Bonum autem facientes,*

*non deficiamus, tempore enim proprio metemus, infatigabiles.*

III. Denique semina bona, semina spiritus, semina æternitatis, sunt omnium

virtutum supernaturalium actus: nimirum, humilitas sine elatione, justitia sine



292 *Domus aternitatis. Consideratio*  
personarum acceptione; obedientia sine  
excusatione; tolerantia sine murmura-  
tione; veritas sine falsitate; simplicitas  
sine simulatione; liberalitas sine tenaci-  
tate ac prodigalitate; fortitudo sine de-  
fectione; temperantia sine superfluitate;  
spes sine hæitatione; perseverantia sine  
interruptione: *Qui enim perseveraverit*  
*usque in finem, hic salvus erit.* Matth.  
10. 13. Præclarè S. Leo serm. 3. de jeju-  
dec. mens. docet, quibus seminibus ager  
noster serendus sit: *Ager iste, inquit, re-*  
*rante desuper gratiâ Dei, fide munitur, je-*  
*junis exercetur, & eleemosynis seritur,*  
*orationibus fecundatur; ut inter planc-*  
*tiones, rigationesque nostras, nullius am-*  
*ritudinis radix pullulet; nec se incremen-*  
*ta cujusquam noxie stirpis attollant; sed*  
*enecat omni semine vitiorum, concres-*  
*lescat seges lata virtutum.*

*Monitum.*

**O** Christiane! ô Clerice! ô Religiose!  
noli ad auram attendere, semper  
enim seminandum est: sicut in Brasilia  
quovis anni mense, & feri & meti ponit



& tibi, hyeme & æstate, autumno &  
 vere commodum sementis tempus est:  
 in omni die, omni horâ, noctu, diuque  
 pro æternitate ferendi datur opportu-  
 nitas. Quare *Non frauderis à die bono,*  
*Et particula boni doni, non te pratereat.*  
 Eccli. c. 14. 14. Semines autem largiter:  
*Qui parcè seminat, parcè Et metet:* qui  
 largè seminat, largam benedictionem  
 consequetur. Ante omnia attende ad  
 semen, ne corruptum sit & corruptio-  
 nem tibi afferat: vel unicum malum se-  
 men ad reprobationem sufficit. Certum  
 id habe, quidquid seminaveris, messem  
 tibi pariet æternam, aut felicem, aut in-  
 felicem: *Non enim transeunt opera no-*  
*stra, ut videntur; sed temporalia queque,*  
*veluti aternitatis semina jaciuntur: stu-*  
*pebit insipiens, cum ex hoc copioso semine,*  
*copiosam videbit exsurgere messem.*

## 17. Decembris.

I. Perpende post sementem laborio-  
 sam, sequi tandem messem: sequi-  
 tur autem sementem malam, messis ma-  
 la, id est, æterna damnatio: post semen-



294 *Domus æternitatis. Consideratio*  
tem bonam; messis bona, aurea, lacta &  
exoptata; quæ est salus æterna: de qua  
David: *Euntes ibant & flebant mittentes*  
*semina sua; venientes autem venient*  
*cum exultatione, portantes manipulos suos.*  
Psal. 125. 6. *Euntes ibant*, id est confli-  
ter ibant, & *flebant*, ob laboris difficul-  
tatem, ob virtutis arduitatem, ob mes-  
sitiæ diuturnitatem, ob crucis gravitatem,  
ob mortis, martyriique atrocitatem.

II. *Venientes autem venient cum ex-*  
*ultatione.* Sed curnam? I. Exultant &  
gaudent; quia vident tempus lacryma-  
rum & patientiæ præterisse. II. Exul-  
tant & gaudent ob certitudinem præ-  
mii, quod jam habent in manibus: sicut  
agricolæ in messe, dum vident manipu-  
los jam horreo invehendos, nec amplius  
obnoxios esse grandini gelu, aliisque ce-  
li injuriis. III. Exultant & gaudent in  
messe, ob multiplicationem seminis. Ec-  
cli. c. 35. 13. *Dominus retribuens est,*  
*septies tantum reddet tibi.* Imò alia  
*tem ceciderunt in terram bonam, & d-*  
*bunt fructum, aliud centesimum, aliud*  
*sexagesimum, aliud trigesimum.* Mat.



c. 13. 8. O felix sementis! O copiosa messis!

III. Denique veniunt Sancti ac iusti, cum exultatione, portantes manipulos suos. l. c. At quales manipulos? I. Manipuli Sanctorum, sunt omnia bona opera illorum; quæ manibus tenebunt, Deo offerenda: sed peccatores, iniusti, avari, *Viri divitiarum nihil inveniunt in manibus suis.* Psal. 75. 6. II. Manipuli Sanctorum Martyrum, sunt instrumenta supplicii ipsorum: quàm gloriosum lætumque erit hoc agmen Sanctorum, cum S. Andreas crucem, S. Laurentius craticulam, S. Sebastianus sagittas, S. Catharina rotam, & alii alia deferent instrumenta, lumine caelesti coruscantia? III. Manipuli Sanctorum, quos cum exultatione portabunt, sunt eorum coronæ & palmæ ipsis à Deo datæ, & *Palma in manibus eorum.* Apoc. c. 7. 9. de quibus ait S. Augustinus: *In illa resurrectione mortuorum, recipiet quisque manipulos suos; id est, fructum seminis, coronam gaudiorum & exultationis.* In psal. 25.



*Affectus admirationis & gaudii.*

**O** Quantâ replebitur admiratione, sedulus Agricola, videns ex modica semente, tam abundantem, in caelesti horreo, collectum messem! Quanto opere stupebit, reddi sibi, pro brevi tribulatione, lætitiâ sempiternam; pro exigua confusione, perennem gloriam; pro parva elemosyna, thesaurum immentum; pro aquæ frigidæ haustu, torrentem voluptatis; pro precatione, pro abnegatione, pro modico virtutis actu, præmiâ beatæ aeternitatis, ac pro omnibus & singulis bonis operibus, Deum ipsum infinitæ Majestatis? O quæ inde resultabit lætitiâ? quæ exultatio & jubilatio? At proinde, si sapias, Agricola Christiane, sere; sed sere abundanter, festinanter, indefinenter: *Tempore enim suo metentis non deficientes.* Ad Gal. c. 5. Sere autem frumentum electorum, triticum purum bonorum operum, & actuum virtutum solidarum, præcipuè autem charitatis: nam *juxta Charitatis mensuram, aeternæ retributionis sunt præmia.* S. Laurent. Justin. L. de disc.



## CONSIDERATIO XXVII.

Medium XIV. Æternæ Salutis.

Expugnatio æternitatis.

*Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. c. 11. 12.*

18. Decembris.

CONsidera Christianum quemlibet, Christi Regis & Imperatoris nostri militem esse; qui sub labaro crucis eius, sacramentum dixit; ejusdemque exemplo, pro expugnando beatæ æternitatis regno, totâ vitâ pugnare debet. Pugnandum verò illi est, non segniter, non somnolentè; sed cum vi & violentia; idque variis de causis. Causa I. est Dei ordinatio & voluntas sanctissima; ut regnum illud æternum, revera magnum, omnique bono plenum nimis; atque adeò omni labore & conamine dignissimum, non nisi per merita, per certamina, laboresque proprios, cum gratia Dei obtentus, ab omnibus adultis & rationis competentibus obtineatur. Juxta Christi dictum *Regnum calorum vim patitur & violenti rapiunt illud. &c.*

N 6

U.



II. Pugnandum est pro regno cælorum cum vi & violentia II. Exemplo militum hujus mundi. Perpendamus obsecro, quid non moliantur hodie, pro regno Hispaniæ vel Germano, vel Gallo capiti asserendo, gemini exercitus. Quot armatorum millia in campum ducuntur? Quod committuntur proelia? Quot urbium, arciumque oblidiones tentantur? Quot hominum millia trucidantur? Et hoc pro regno terreno, paucis annis possidendo. Quid igitur nobis præstandum, quid aggrediendum, quid patiendum, quomodo pugnandum, pro regno cælorum, sine fine retinendo? Regni terreni & cælestis, regni finiti & infiniti, quænam comparatio? Israel: quàm magna, quàm speciosa, quàm immensa est Domus Dei nostri: cuius fundamenta montes sancti: cuius altitudo Deus: cuius longitudo æternitas; cuius latitudo immensitas, cuius profundum incomprehensibilitas! ô si te cognosceremus, quàm strenuè pro te dimicaremus?

III. Pugnandum est pro regno cælorum



rum, cum vi & violentia. III. Exemplo  
 filiorum hujus sæculi: si enim hi, pro ali-  
 qua pecunia, pro vana gloria, pro volup-  
 tatis brevis illecebra, aliisve rerum cadu-  
 carum quisquiliis, non dubitant tantos  
 suscipere labores, sudores, incommoda,  
 pericula, vulnera, mortes: imò si Filii te-  
 nebrarum, sive reprobi, pro regno Lu-  
 ciferi, pro damnatione æterna sibi accer-  
 enda, infinitas, gravissimasque ærum-  
 nas, æternâ demum calamitate certo cer-  
 tuis concludendas, avidis & inexpletis  
 faucibus exhauriunt: quid obsecro fa-  
 cient Filii lucis, filii sapientiæ, filii Dei?  
 An hi pro regno æternæ beatitudinis,  
 pro immensis Dei bonis, cum ipsomet  
 Deo, æternum possidendis, pigritiâ &  
 languore obleti, momentaneum & leve  
 tribulationis, laborisque subire ac susti-  
 nere reformidabunt?

*Apostrophe.*

O Regnum æternum! O beatitudo  
 cælestis! tu, utut felix es, hoc solo  
 infelix & parùm beata es, quòd tanta li-  
 cet sis, quanta revera es; quam nec ocu-



300 *Domus aternitatis. Consideratio*  
lus vidit, nec auris audivit, nec cor ho-  
minum apprehendit, multoque minus  
comprehendit; licet etiam tanta esse fide  
certa credaris; tamen a plerisque, non  
infidelibus tantum; sed plane fidelibus,  
contemneris, despiceris, procrastinando  
luderis; leviculis, rediculisque operibus,  
quaeri potius fingeris; quam sedulo &  
ex animo re ipsa quaeraris. O ubi cona-  
tus? Ubi vis? ubi violentia, qua rapiaris!  
Nonne verè edixit Orator aureus *Reg-  
num Deus pollicetur & contemnitur: ge-  
hennam ministrat Diabolus, & honoratur?*  
Hom. 29. ad pop.

19. Decembris.

I. **P**Ugnandum IV. pro regno celo-  
rum, cum vi et violentia, exemplo  
Christi Ducis & Archistrategi nostri.  
Perpende quaeso, quo ardore, qua vi  
violentia ipse caelum expugnarit. Nonne  
per persecutiones & exilia, per funes &  
vincula, per alapas & falsa testimonia,  
per sanguinem & vulnera, per spinas &  
flagella, per clavos & crucem, ipsamque  
mortem ignomina & dolore pleni-



mam? Nonne hæc oportuit pati Christum  
 & ita intrare in gloriam suam? Lucæ c.  
 24. 26. Sic ille debuit intrare in gloriam  
 suam, sibi que ut filio Dei debitam: & nos,  
 ut eandem minimè nobis debitam, ac-  
 quiramus, otiamur, & velut ignavi mi-  
 lites, campum, labores, sudores, pugnas  
 que detrectabimus?

II. Pugnandum V. cum vi & violen-  
 tia, pro regno cælorum, exemplo Magni  
 Præcursoris Domini, S. Joannis Bapti-  
 stæ, de quo legimus: *A diebus autem Jo-  
 annis Baptista regnum cælorum vim pati-  
 untur, & violenti rapiunt illud.* Matth. c.  
 11. 12. Ille in utero materno, sanctitatis  
 dono illustratus; ille, quo inter natos mu-  
 lierum, major non surrexit: ille Ange-  
 lus, ille Propheta, ille prædicator pœni-  
 tentiæ, ille continuum quasi prodigium  
 in conceptione, in Nativitate, in vitæ  
 austeritate; ille ut inquit S. Petrus Chry-  
 sologus serm. 27. *Schola virtutum, ma-  
 gisterium vitæ, sanctitatis forma, norma  
 iustitiæ, virginitatis speculum, castitatis  
 exemplum, vox Apostolorum, silentium  
 Prophetarum, lucerna mundi, Præcursor  
 Chri-*



302 *Domus aternitatis. Consideratio  
Christi, Metator Domini, silvestrimelle  
& locustis vescitur, lymphæ haustu po-  
tatur; cameli pelle vestitur, in eremo  
commoratur, humi cubando somnum  
capit, verbo & exemplo pœnitentiam  
prædicat, regnumque cælorum vi-  
expugnandum suadet: & nos mille crim-  
inibus obnoxii, segnitie, commoditate,  
indulgentia, otio rerum abundantia,  
magnaque vitæ licentiâ, illud obtine-  
dum censemus?*

III. Regnum cælorum VI. cum vi &  
violentiâ expugnandum est exemplo  
Sanctorum Apostolorum ac Martyrum,  
strenuè adeò & indefessè pro eo decer-  
tantium. Quàm generoso animo S. Pe-  
trus cruce, S. Paulus gladio, S. Jacobus  
fulste, S. Matthias securi, S. Stephanus  
lapidibus, S. Ignatius leonibus, dimica-  
runt, cœlumque feliciter expugnarunt.  
Quantâ fortitudine & constantiâ, Sancti  
Ecclesiæ Doctores, Confessores, Eremi-  
cultores, Virgines, laboribus apostoli-  
cis, jejuniis, virgiliis, eleemosynis, oratio-  
nibus assiduis, aliisque pœnitentiæ  
mortificationis armis cœlum debet



unt? Et nos delicatuli, carnem palpan-  
do, genio indulgendo, cuticulam curan-  
do; sensuum; oblectamentis nihil de-  
negando, super astra nos elevandos, cer-  
to confidimus?

*Excitatio.*

**E** Ja igitur, milites Christi, ad arma,  
ad arma! aut vincendum vobis, aut  
moriendum est. Quare pugnate strenuè,  
aspicientes in authorem fidei IESUM, ac  
Ducem nostrum. Pugnate exemplo Præ-  
cursoris Domini, Sanctorum Apосто-  
lorum, Martyrum, aliorumque sancto-  
rum, verbo & exemplo vos ad certamen  
animantium. *Non est ad astra, mollis è  
terris via.* Per saxa, per ignes, per hostes  
& hastas ruendum est, atque ita Domino  
regnum, thesaurus, vita que beata, quasi  
eripienda. Pulchrè S. Ambrosius serm. 5.  
*Aggredimur in itinere Dominum ( siqui-  
dem ipse est via ) & more latronum, suis  
cum spoliare nitimur, cupimus illi auferre  
regnum, thesauros & vitam: sed ille tam  
dives & largus est; ut non abnuat, non resi-  
stat, & cum omnia dederit, nihilominus  
omnia possideat.*



20. *Decembris.*

I. **Q**uanquam Christianis pugnan-  
 dum est, & quidem fortiter ac  
 generosè: nemo tamen in hoc spiritu-  
 li certamine animum despondeat, pater-  
 ve, cum Tyrannis ac tortoribus sibi fru-  
 eorum prælium: Non hodie dum cor-  
 natur athletic caput coronâ spineâ, ut  
 contigit decem millibus Martyrum cro-  
 cifixorum sub Maximino: non pruna  
 imponuntur capiti, ut S. Probo: non  
 compunguntur oculi, ut S. Victori: non  
 ignitæ sabulæ immittuntur in aures, ut  
 S. Aquilinæ: non plumbum in os infun-  
 ditur, ut S. Moniati militi: non maxillæ le-  
 pidibus contunduntur, ut S. Adriano: non  
 clavi pedibus infiguntur, ut S. Georgii  
 Martyri: nec cum S. Thecla leonibus con-  
 jicimur, nec urfis, tigridibus, Leopardis  
 Serpentibus, ut alii innumeri: Non igi-  
 tur contra Tyrannos ac tormenta dimi-  
 candum modò est; sed contra Mundum  
 Carnem, Diabolum, eorumque tentati-  
 nes cum vi & violentia decertandum.

II. Quibus verò modis, quibusve



mis contra hos adversarios in arenam  
 descendendum est? Contra mundi su-  
 perbiā, animi demissione, contra car-  
 nis illecebras, jejunio & rigore; contra  
 Diabolum oratione & resistendo: *Resisti-  
 te Diabolo & fugiet a vobis.* Jacobi ep.  
 c. 4. 7. Sed quā Cælo ac Deo vis inferen-  
 da? Declarat hoc S. Ambrosius L. 5. in  
 Lucam & serm. 5. *Vim, inquit, facimus  
 Domino non compellendo; sed flendo: non  
 provocando injuriis; sed lacrymis exoran-  
 do; non blasphemando per superbiam; sed  
 per humilitatem mœrendo.* O beata vio-  
 lentia, quā non indignatione percutitur,  
 sed misericordiā condonatur! Beata, in-  
 quam, violentia, quæ vim patienti, boni-  
 tatem elicit, & utilitatem tribuit inferenti.  
 Mala res admittitur, & de injuria nemo  
 causatur; vis admittitur, & religio propa-  
 gatur: quisquis enim violentior Christo fue-  
 rit; religiosior habebitur à Christo.

III. Quā verò ratione regno cælo-  
 rum, ac Deo ipsi vis quodammodo infe-  
 rat; ulterius declarat idem S. Ecclesiæ  
 Doctor l. c. *Aggredimur illum non ferro,  
 non fuste, non saxo; sed mansuetudine, bo-  
 nis*

nis



306 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*nis operibus, castitate. Hec sunt arma fidei*  
*nostra, quibus in congressione certamus.*  
*Ut autem his armis uti, in vi inferenda,*  
*possimus; antè corporibus nostris vim quo-*  
*dammmodo faciamus; expugnemus membro-*  
*rum vitia, ut virtutum premia consequa-*  
*mur: prius enim ipsi regnare debemus in*  
*nobis, ut regnum possimus diripere Salva-*  
*toris. Magno quippe animo domanda-*  
*sunt vitia, superandæ tentationes; vincen-*  
*dæ persecutiones atque adversitates, ac-*  
*quirendæ virtutes: hoc modo vi & vio-*  
*lentiâ regnum cælorum, invadimus, ex-*  
*pugnamus, occupamus ac possidemus.*

*Colloquium.*

**O** Anima mea! erubescere ac pudore  
tota suffundere ob ignaviam tuam  
non exigitur à te mors dira & marty-  
rium; sed mortificatio vitiorum, & ope-  
rum bonorum exercitatio. Animos igitur  
novos indue, & vim cælo infer, non  
ferro ac fuste; sed humilitate; sed casti-  
tate, mansuetudine ac fortitudine. Cum  
verò ex te id nequeas, opem flagita, ad  
Dominum clama: Domine ad auge-  
mentum me



me fidem, adauge spem, adauge charitatem, desiderium & æstimationem regni cœlestis: sed & simul auge conatum, auge studium, auge robur, auge sapientiam, fortitudinem & perseverantiam, ad pugnam, ad patiendum, ad laborandum & si opus, ad moriendum pro vita æterna: nam si oportuit pugnare, agere & pati Christum, omnesque Sanctos, atque ita occupare cœleste regnum: quid mihi servorum indignissimo faciendum incumbet?

### CONSIDERATIO XXVIII.

Medium XV. Æternæ Salutis.

Solacium beatæ æternitatis.

*Fortissimum solacium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.*

Ad Hebr. c. 6. 18.

21. Decembris.

**C**onsidera, æternitatem beatam homini Christiano esse solacium *in vita, in morbo, in morte*: ratio est quia est merces magna nimis. Et quidem I. Æternitas beata est *solacium in vita*. In qua



308 *Domus eternitatis. Consideratio*  
qua ut lamentatur Job. c. 14. 1. *Homo*  
*repletur multis miseriis: quia degit in ter-*  
*ra exilii, in terra doloris, ægritudinis, in-*  
*firmilitatis & famis. De qua verè scribit*  
*Augustinus med. c. 21. Tædet valde*  
*hujus & ærumnosa peregrinationis: quæ*  
*enim vita, est vita misera, vita caduca,*  
*laboriosa, vita immunda, vita Domus*  
*malorum, regina Superborum, non*  
*dicenda sed mors; in qua momentis spem*  
*livis morimur, diversis generibus morimur.*  
Quid verò in ea solatii? solatium for-  
simum habemus, qui confugimus in  
spem beatæ æternitatis. Hæc spes re-  
sita est in sinu nostro: Spes autem re-  
cedis, solatium est laboris. Ad hanc  
tur æternitatis felicis spem, veluti ad  
choram, semper confugiendum est,  
in omni tribulatione nostra solatium  
mum habeamus.

II. Duplices autem nos obruit  
seriæ, primæ in corpore sunt, secundæ  
anima; in utrisque solatium patitur  
nitatis beatæ spes proposita. De primâ  
rursum gemit dictus Præsul Hippo-  
litis l. c. *O qualis est hæc vita, quam*



res tumidant, dolores extenuant, ardores  
 exsiccant, esca inflant, jejunia macerant, ju-  
 ventus extollit, senectus incurvat, infirmi-  
 tas frangit, mœror deprimat, & his malis  
 omnibus mors furibunda succedit. O vita  
 misera! Sed unde in tantis miseriis sola-  
 tium? Non aliunde, nisi à spe beatæ æter-  
 nitatis, quæ omnes misérias absorbet, &  
 ærumnas in gaudia perpetua convertit.  
 Sequitur enim tandem mors optata,  
 quam beata excipit æternitas; in qua pro  
 levi labore ac dolore, merces copiosa,  
 merces magna nimis rependitur: Veluti  
 Dominus Abrahæ promisit: *Ego ero mer-  
 ces tua magna nimis.* Gen. c. 15. 1.

III. Nec minores sunt miseriæ ani-  
 mæ, imò graviores: quales sunt animi  
 passiones, vitia, angustia, tentationes,  
 perpetuò spinarum instar, pungentes &  
 lancinantes. De quibus mellifluus Do-  
 ctor Serm. 48. in Cant. *Donec in carne  
 est anima, inter spinas profectò versatur, &  
 necesse est, ut patiatur inquietudines, ten-  
 tationum, tribulationumque aculeos. Ple-  
 nus est mundus spinis, in terra sunt, in aère  
 sunt, in carne tua sunt, versari in his &*  
 mi-



310 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*minimè ladi, divinæ potentia est, non virtu-*  
*tis tuæ. Verùm quid in his solatii, Sancte*  
*Doctor, quid consilii? Hoc quod subdit*  
*Etsi igitur undique tibi prospicias, tribula-*  
*tionum, tanquam tribulorum, aculeos in-*  
*tendi, non turbetur cor tuum, neque fu-*  
*midet; sciens, quia tribulatio patientiam*  
*operatur; patientia probationem, probatio*  
*spem, Spes autem non confundit. At qua-*  
*nam spes? Spes beatæ æternitatis, spes*  
*mercedis, magnæ nimis. Et quem spes*  
*adeò grandis mercedis non soletur? Quid*  
*grandius, quàm constitui, super omnia*  
*bona Domini? Quid grandius, quàm*  
*videre Deum sicut est? Deum habere,*  
*Deum possidere, Deo frui, Deo gaude-*  
*re, Deum amare, Deo beatum esse, Deum*  
*laudare, & superexaltare in sæcula? Vere*  
*merces magna nimis: quæ non est ali-*  
*nisi Deus ipse. Merces nostra Christus*  
*est in futuro, magna per humanitatem,*  
*magna nimis per divinitatem. S. Bonav.*  
*ser. 3. Septuag.*

*Excitatio spei.*

**A** Rripe proinde, ô Viator! spei  
choram, & mercedis magnæ  
nis



nis artham, eâque te consolare. *Conso-*  
*lamini, consolamini popule meus, dicit*  
*Deus vester. Isaia c. 40. 1. Sed quænam*  
 solatii causa, ô Prophetâ sancte? *Erunt*  
*aspera in vias planas, & revelabitur glo-*  
*ria Domini. l. c. Hic sumus in via aspe-*  
 ra, in via luctûs & mœtoris, in ergastulo  
 ærumæ & laboris; sed ô fausta nuntia!  
 Asperitas illa tandem tolletur, viæ pla-  
 nabuntur, & *revelabitur gloria Domini.*  
 Brevi lætantes ibimus in Domum Do-  
 mini: in qua pro mœtore erit pallium  
 laudis, in qua summa consolatio, summa  
 lætitia, summa gloria, omnis boni præ-  
 sentia, omnis mali absentia: quia Deus  
 erit omnia in omnibus. *Quoniam ex*  
*ipso, & per ipsam, & in ipso sunt omnia.*  
*Rom. c. 11. 16.*

## 22. Decembris.

**E**Xpende deinde, æternitatem bea-  
 tam, esse quoque *solacium in mor-*  
 bo, præsertim fatali. Quid, obsecro, est  
 Mundus universus, nisi grande quod-  
 dam Nosocomium, multoque majus,  
 illâ Domo hospitali romanâ, dictâ San-  
 cti Spi-  
 Pars IV.



312 *Domus æternitatis. Consideratio*  
cti Spiritûs, nonnunquam mille & quin-  
gentos infirmos numerante. In hoc Mun-  
di Nosocomio, innumeri ægri, febrilen-  
tes, paralytici, phthifici, hydropici, asth-  
matici, podagrici, aliisque morbis ter-  
centis prostrati decumbunt. Unus plo-  
rat & ejulat; alius gemit & suspirat; hic  
queritur & lamentatur; ille fremit & in-  
dignatur. O miseri! Quid vobis relin-  
solatii? Confugite ad anchoram  
beatæ æternitatis; & mox solatium ac  
lenimen sentietis. Cogitare quòd pro  
breui cruciatu, ibi vos expectet lætitia  
perpetua & merces magna nimis.

II. Audio querelas vestras: amara  
sunt pilulæ & potiones medicæ; sed in-  
finitæ dulcedinis erit in cælo haustus  
nectaris & ambrosiæ. Molestus est die-  
turnus in lecto cubitus; sed quid parum  
dies, & menses ad æternitatem? in qua  
amœnissimus vos recreabit, per viridi-  
ria paradisiaca discursus. Languida, in-  
cia, exhausta sunt corporis vestri mem-  
bra: sed parumper patientiæ: illa in reg-  
no Beatorum erunt vivida, sana, in-  
gra, & instar solis radiantia. Calor



caput dolet, pectus ardet, inflatur stomachus, pallefcit vultus, deficit in dolore vita veftra, & anni in gemitibus. Ah! mementote vitæ æternæ, paulò pòft vobis obventuræ: in qua erit fanitas integra, falus perennis & *merces magna nimis*.

III. Ibi enim erit perpetua fanitas fine morbo, gaudium fine mœrore, vita fine dolore, mel fine amaritudine, voluptas, lætitia & recreatio fine fine. Atque ita erit ibi *merces magna nimis*, quæ eft poffeffio summi boni; ubi autem summum bonum eft, ibi eft summa felicitas; maxima jucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna fe curitas & fe cura æternitas: *Neque enim ô Deus! magnus es tu & parva merces tua; sed ut magnus es tu, ita magna merces tua; quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua; sed tu ipse magnus nimis, tu ipse merces magna nimis.*

S. Aug. in soliloq. Adverte igitur maximum discrimen inter te & Deum. Tu Deo, ejusque voluntati, amori, gloriæ totum te offers & impendis: Deus quóque totum se tibi, tuæque faluti, remunerationi, beatitudini impendit. Et in hoc

O 2

vide-



314 *Domus aternitatis. Consideratio*  
videtur quædam paritas, aut potius un-  
bra paritatis. Nihilominus, quia ingens  
abyssus & chaos inter immensam Dei  
excellentiâ & minutissimam portio-  
nem tuam intercedit : [ tu enim gutta,  
ille pelagus, tu punctum, ille universum  
tu quasi nihil, ille omnia ] vides mani-  
festè, infinitam liberalitatem Dei, na-  
sinere se ab exiguo homuncione sup-  
rari. Sed eum infinitis paralangis excu-  
dere. Verè igitur est *merces magna nimis.*

*Affectus spei.*

**Q**Uare ô infirme, lecto fatali affectu  
cælum suspice, & ibi mercedem  
hanc magnam nimis, te præstolantem  
intuere: ita omnis doloris ac miseria  
vamen senties. Paucis post horis læta  
exclamabis: *Convertisti planctum meum  
in gaudium mihi, & circumdeditis me  
titia. Psal. 29. Quantas ostendisti mihi  
tribulationes multas & malas, & convul-  
sivisti me. Psal. 70. Secundum multitudinem  
dolorum meorum, in corde meo  
consolationes tue letificaverunt animam  
meam. Psal. 48. Desidera hanc*



post experiri ? paululum adhuc sustine:  
 & interea cum S. Fulgentio suspira: Do-  
 mine hinc patientiam, postea indulgentiam.  
 & in doloribus intentis exclama cum S.  
 Augustino: Domine hinc ure, hinc seca; modo  
 in aeternum parcas; & dolorem brevem  
 in gaudium aeternum convertas.

## 23. Decembris.

I. Denique considera beatam aeterni-  
 tatem afferre queque solatium in  
 morte. Omnes morimur, aiebat olim The-  
 cuitis, & quasi aqua dilabimur in terram,  
 qua non revertuntur. 2. Reg. c. 14. 14.  
 Omnibus mortis imperio parendum &  
 cedendum est, ac tandem vitæ tanto pe-  
 re dilectæ claudenda scena. Sed, ô in-  
 firme! noli flere, noli mœrere, finis tristici  
 tragœdiæ, comœdiæ lætissimæ est exor-  
 dium. Moriendum est, & deserenda cur-  
 sta vitæ hujus amabilia: sed noli geme-  
 re, noli dolere, in aeternitate beata, millies  
 meliora recipies. Deseris Patrem terre-  
 num, & obtines cælestem, Patrem futuri  
 sæculi. Deseris Matrem, & accipis bea-  
 tissimam Virginem, Matrem viventium.

O 3.

Pau-



Paucos deseris fratres, & innumeros recipis Sanctos, plus quam fraterno amore te prosequentes. Deseris Sorores, & adis Virginum beatarum Choros amabiles. Deseris domum, & possides caelum; deseris hortum & acquisis paradisum; deseris tempus, & ingrederis aeternitatem. O felix fors! O exoptata commutatio! *Transivimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Psal. 65.

II. Haec spes reposita sit in sinu tuo, dum mors ad ostium tuum pulsat. *Spes mercedis, solatium laboris:* confer laborem tuum transactum; & instantem mercedem ac denarium: omnis labor, dolor, mœror tuus brevis est, & licet ad septuagesimum aut octogesium extrahatur annus, intuitu tamen aeternitatis non est nisi momentaneus; neque enim est longior ipsa vitâ, quæ est *vapor ad modicum parens*, & morte finitur, ad quam omni velocitate volat. At caelestis beatitudo, merces nostra aeterna est: initium habet, finem non habet: quamdiu Deus erit Deus, qui semper est eritque Deus, aliàs non esset Deus; tamdiu Beatus



erit beatus, quia Deo est beatus, aliàs non  
esset beatus. O quanta seges lætitiæ! O  
quanta merces æternitatis beatæ!

III. Mundi & mundanorum Regum,  
Principum, Dynastarum merces est tem-  
poralis; Dei Regis æterni, merces est pe-  
rennis: nunquam enim deficit, nun-  
quam minuitur, & quantumcunque di-  
vidatur, semper manet integra. O præ-  
clara merces! quæ recipitur celeriter, sol-  
vitur liberaliter, promeretur faciliter,  
possidetur perenniter. Atque ita ob bre-  
vem dolorem ac laborem, ob momen-  
taneam tribulationem, in æternitate vi-  
gebimus, in veritate fulgebimus, in bo-  
nitate gaudebimus: atque ut habebi-  
mus permanendi æternitatem; sic quo-  
que cognoscendi facilitatem, & quies-  
cendi felicitatem possidebimus.

*Parænesis.*

O Anima Christiana! sustine cum  
patientia; & obtinebis promissa  
præmia! Dum adhuc sana es, ne torpeas  
ignaviâ; *Ne verearis usque ad mortem  
iustificari, quoniam merces Dei in æternum*



318 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*manet.* Eccli. c. 18. 22. Vereris, ob respe-  
ctum humanum, & verecundaris crebro  
preces fundere, publicè in templo pec-  
cata expiare, synaxin sacram adire, & vi-  
deri salutis tuæ curam nonnullam gere-  
re. Ah stulta! *Ne verearis usque ad mor-  
tem justificari.* Verearis tunc, quando  
merces exigua speratur; at ubi merces  
expectatur æterna & magna nimis, quid  
vereris? O anima! prælegetur tibi al-  
quando, paulò ante mortem: *Proficis-  
cere anima Christiana de hoc mundo.* Quid  
tunc fecisse te voles? fac id nunc, & lata  
proficisceris ad æternitatem, quia profi-  
cisceris excitata fide, roborata spe, mun-  
ta charitate, dotata dono perseverantiæ,  
ac plena solatio, jam jam appropinquan-  
tis vitæ æternæ. Occurrent tunc tibi San-  
cti Angeli; obviam procedent sancti  
Patroni; excipiet Christus Dominus,  
cum beatissima Matre. Quid igitur trepi-  
dabis? Omnino nihil. Morere ergoli-  
bens; ut vivas in æternitate, gaudens pa-  
tere, ut æternùm gaudeas; relinque om-  
nia ut omnia centuplicata recipias. *Cui*  
*suspice, momento aterne vita, atque*



regnantem intueri; tibi enim vita non eripitur; sed in melius permutatur. Ita Mater S. Symphoriani Martyris.

## CONSIDERATIO XXIX

Medium XVI. Æternæ Salutis.

Cultus B. Mariæ V. Patronæ æternitatis.

*Qui me invenerit, inveniet vitam, & habuerit salutem à Domino. Proverb. c. 8.*

24. Decembris.

**C**onstans Doctorum sacrorum sensus est, cultum singularem ac venerationem Deiparæ Virginis, signum esse prædestinationis, atque efficax medium æternæ salutis. Ita cum aliis scribit S. Joannes Damascenus in fest. Annunt. B. V. *Devotum tibi esse ô Maria! est quedam arrha salutis, quam Deus iis dat, quos vult salvos fieri.* Ipsa enim est Mater Christi, & Christianorum, Mater viventium, cujus typus fuit Eva mater omnium in hac vita miserè viventium & morientium. Melior autem Mater Maria, quàm Eva: ipsa enim Mater est omnium & spiritali & eternâ in celo, vi-

O S

ta vi-



320 *Domus aternitatis. Consideratio*  
*tâ viventium*; ut ait S. Ephiphanius, ha-  
resi 78. Et tanquam Mater pro omnibus  
filiis & cultoribus suis est sollicita: unde  
meritò ait: *Qui me invenerit, inveni-*  
*niet vitam & hauriet salutem à Domino.*  
Proverb. c. 8.

II. Diabolus Adversarius noster in-  
fensissimus, non tantùm tempore vitæ  
nostræ circuit, quærens, ut nos devoret  
sed vel maximè sub vitæ finem, insidiatur  
nobis; unde de eo dicitur Gen. 3. 15.  
*Tu insidiaberis calcaneo ejus.* Quemad-  
modum serpentes & colubri in pratis, sil-  
visque latitantes, non à pertâ vi; sed dolis  
se ulcisci, atque à tergo incautos morde-  
re, ac percutere in calce solent, indeque  
venenum in totum corpus proserpentis  
occidere; pari modo Cacodæmon in-  
sidiatur calcaneo nostro, & vitæ extre-  
mum acriùs impugnat: sed noli timere  
*Cliens Maria nulli aternum perit: Ipsa*  
*Patrona aternitatis te defendet; ipsa pro-*  
*teget; quia ipsa, tanquam stygis Do-*  
*mitrix, contrivit caput serpentis. Con-*  
*trivit primariò & virtute propriâ Chri-*  
*stus ipse: secundariò contrivit & ipse*



cum Christo & per Christum caput serpentis: *Ipsa conteret caput tuum.* Gen. 3. 15. Ita legit S. Augustinus, Chryso-  
 mus, Ambrosius, Gregorius, Beda, Bernardus &c. *Ipsa conteret*, quia ipsa semper plena & gloriosa Diaboli victrix exitit. *Unde Damones, audito nomine Maria, statim relinquunt animas.* ait S. Brigitta L. 1. Revel. c. 9.

III. Auget fiduciam Clientibus Marianis, quia Virgo beata est *Terror* hostium; est enim *pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Cant. c. 6. 3. Ac proinde anima Christiana, in hac vita, illi devota; non est, quod metuat: posita enim sub potentis huius Patronæ pallio, protecta ejus clypeo, munita patrocinio, secura de auxilio, generosâ mente iter æternitatis ingreditur. Nec formidet viæ ignotæ caliginem; quia ipsa est *pulchra ut luna*, tenebras morienti discutiens. Nec locum det anxietati aut tristitiæ: ipsa enim est *electa ut Sol*, solatii radios affundens, ac nebulas dissipans. Nec terreatur hostium stygiorum multitudine ac furore: quia ipsa



322 *Domus aternitatis. Consideratio*  
ipsa est terribilis ut castrorum acies ordi-  
nata, phalanges tartareas in fugam con-  
vertens. Fortis est Diabolus, de quo Job,  
non est potestas super terram, qua ei com-  
paretur: beatissima tamen Virgo est illo fer-  
rior, quia illa caput ejus contrivit. S. Alber-  
tus M. super miss.

*Excitatio.*

**M**acte igitur animo, ô Pusillanimitas!  
Si morte, jam jam appropinquante,  
Criminum immanitate turbatus; si con-  
scientia scelerum confusus; si judicii hor-  
rore perterritus; barathro desperationis  
absorptus es; Mariam cogita, Mariam in-  
voca, non recedat à corde; non recedat ab  
ore, & opem, solatiumque senties. Sus-  
cipira cum Iusto Lipsio: O Maria adju-  
famulo tuo, cum tota aternitate decerta-  
si; nec me deseras in hac hora, à qua pen-  
det salus anima mea aterna. Esto mihi  
Mater vitæ, Domitrix stygis, hostium  
terror, Patrona aternitatis. Esto mihi  
Maria de victoria in terris; & Maria de  
triumpho in cælis.



25. Decembris.

Uterius fiduciam Clientibus Maria-  
nis auget; quia beatissima Virgo  
est *Janua cali & fenestra paradisi*, per  
quam in beatitudinis regiam intrant,  
quotquot intrant; sicut per eam velut  
Advocatam prædestinantur, quotquot  
prædestinantur. *Facta est*, inquit S. Au-  
gustinus Serm. 11. de Nativ. *Maria fe-  
nestra cali, quia per ipsam verum infudit  
saeculis lumen, & per ipsam Deus descendit  
in terram; ut per ipsam homines mererentur  
ascendere in calum.* Consentit Augu-  
stino S. Laurentius Justin. Serm. de ann.  
*Maria effecta est pro nobis cali janua, pa-  
radisi scala, inventrix mundi, & hominum  
verissima Mediatrix.* Ne igitur titubes, ne  
animo cadas: si hæc tibi janua pateat.

II. Beatissima Virgo, est quoque *scala  
jacob*, per quam hic vidit, Angelos ascen-  
dentes & descendentes. Gen. c. 28. 12.  
Per hanc scalam mysticam ascendunt in  
cælum, quotquot ascendunt. *Per Virgi-  
nem Mediatrix munere functam, homi-  
nines angelica vite, sublimet rapiuntur*



324 *Domus aternitatis. Consideratio  
in calum.* Ait S. Joannes Damascenus  
Serm. 1. de dormit. Virg. *Filioli, clamate  
Bernardus serm. de aquæduc. Hac pe  
catorum scala, hac mea maxima fiducia  
est; hac rota ratio spei mee.* Et tu, milite  
tor, in hora mortis spera & confide  
quam Filius accurre ad Matrem; ut  
eam, velut scalam, merearis ascendere  
per eam velut januam, intrare, illa te  
quam deferet: *Hac enim est mater sancta  
spei, ad omne bonum, & supernam felicitatem.* S. Bernardus Sen. in summa p.

III. B. Virgo denotatur etiam per *Rubum*, quem vidit Moyles quod arderet  
non consumeretur: Exodi c. 3. 2. *quo S. Gregorius Nyssenus orat. de Christi  
Nativ. Ut frutex incendit ignem  
non crematur: itidem etiam Virgo lumen  
parit, & non corrumpitur.* Hinc tota  
Ecclesia: *Rubum quem viderat Moy  
incombustum; conservatam agnovimus  
tuam laudabilem virginitatem sancta  
Genitrix.* Sicut autem Deus in rubo  
dit signum liberationis populi de manibus  
Ægyptiorum, & introductionis  
terram lacte & melle manantem; in



beatissima Virgine Ipeni dedit piis fidelibus, liberationis à tyrannide infernalium Ægyptiorum, & deductionis in terram promissam cælestilacte & melle manantem.

*Commendatio.*

**O** Mater viventium ! & piè in Domino morientium ! *Janna, Scala rubus* ad æternitatis Domum emigrantium. In manus tuas maternas, post Deum & Jesum Salvatorem meum, commendo spiritum meum, jam sanus; ut eum commendatum habeas, quando in supremo agone, fortè vi morbi impeditus, eum commendare non potero. Tunc mihi, ô Mater ! Tunc in vitæ & mortis confinio ac horizonte constituto, atque in agone cum morte luctanti, esto Janua cæli, Scala Paradisi, Rubus ardens, tela nequissimi ignea, extinguens. *Quia tu ô Genitrix* vita ! *es unica spes peccatorum; per te expectamus veniam delictorum; in te nostrorum est expectatio premiorum.* S. Augustinus serm. de Ass. B. V.



26. Decembris.

I. **Q**uis fiduciam magnam, in B. Virgine non reponat; si cogitet ipsam esse *columnam nubis* & *ignis* ad terram promissam proficiscentium? Sicut enim populo Israëlitico, nunquam defuit columna nubis per diem, & columna ignis per noctem Exodi c. 15. Ita Virgo Deipara, nunquam deest populo Christiano; præsertim ad terram promissionis ælestem abiturienti; sed constanter tanquam nubes obumbrat; & tanquam ignis illuminat, viamque commoustrat. Præclarè id exponit S. Bonaventura in spec. c. 3. *Maria nobis est columna nubis, quia tanquam nubes protegit ab astu diuina indignationis, & diabolica tentationis. Maria est quoque columna ignis, multos nos misericordie beneficiis illuminans, quando nobis ad terram promissam migrantibus, viam ostendit, tenebras discipit, devia patefacit, fide illuminat, spe corroborat, charitate accendit, perseverantiâ coronat; atque ita in terram lacte & melle diuino manantem feliciter introducit.*



II. Sanctissima Virgo denique per Arcam Noë est adumbrata: ut enim huius ope, Noë, cum Coniuge & liberis, diluuium evasit, vitamque servavit; ita pretiosissimam Dei parentem, velut Mediatricem seu Patronam salvantur, quotquot salvantur. Hinc S. Bernardus serm. de B. V. *Maria est Arca Noë, per quam humanum genus, diluuium aeterna damnationis evadit: per illam octo tantum anima salvantur: per istam omnes ad aeternam vitam vocantur.* Hæc igitur mihi Clientum minimo, dum alii quam plurimi in diluvii fluctibus pereunt; erit Arca refugii, asylum salutis, & felix portus beatæ aeternitatis.

III. Ad illam, scilicet Virginem beatam, ut scribit idem S. Doctor serm. 2. in die Pent. *Sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium seculorum respiciunt, & qui in caelo habitant, & qui in inferno: & qui nos praecesserunt, & nos qui sumus, & qui sequerentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in caelo ut resarciantur: qui in inferno, ut eripiantur; qui pra-*

pra-



328 *Domus eternitatis. Consideratio  
precesserunt, ut Propheta fideles invenian-  
tur, qui sequuntur, ut glorificentur. Eo bea-  
tam te dicunt omnes generationes, Gene-  
rix Dei, Domina mundi, Regina cali, In  
te enim Angeli letitiã, iusti gratiam, pec-  
catores veniam invenerunt in æternum.*

*Colloquium.*

**O** Anima mea! paulò post ex hac pe-  
grinatione & ex hoc diluvio, ad  
portum beatitudinis æternæ migratura;  
illustrem hanc nubis & ignis mystici co-  
lumnã fixo oculo intuere, ad hanc sa-  
lutis tuæ arcam confuge: hanc cogita,  
hanc invoca, hanc sequere, hanc tene,  
sub & in ea secreta delitescere. *Mariam se-  
quens, ait idem Bernardus serm. 2. super  
Miss. non devias, ipsam rogans non despe-  
ras, ipsam cogitans non erras, ipsam tenens  
non corruis, ipsã propitiã non metuis; ipsã  
duce non fatigaris; ipsa propitiã perve-  
nis. Et ad terram promissionis & ad por-  
tum æternæ felicitatis. Dic ergo animi-  
tus, dic sæpius*

*Maria Mater gratia,  
Mater misericordie:  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis horã suscipe.*

CON-



## CONSIDERATIO XXX.

Medium XVII. Æternæ Salutis.

Viaticum æternitatis.

*Surge, comede, grandis enim tibi restat  
via. 3. Reg. c. 19. 7.*

27. Decembris.

CONSIDERA Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ab Ecclesia Catholica appellari & esse *Viaticum*, proficuentium ad æternitatem; & ad vitam beatam. Secundum illud Christi Domini: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Joan. c. 6. Hic enim divinus panis, tribuit animæ vitam gratiæ, duran-tem usque ad vitam gloriæ, atque in omnem æternitatem. Corpori verò tribuit resurrectionem à morte, & vitam gloriosam pariter in æternum. Cur autem dicitur viaticum? *Viaticum* nihil aliud est, nisi provisio annonæ & pecuniæ, iter victuris necessariæ; cujus loco Christianis, iter æternitatis ingressuris, præbetur viaticum Eucharisticum; uti cum S. Ambrósio, aliisque Patribus, docet S. Thomas

mas



330 • *Domus aternitatis. Consideratio  
mas opusc. 38. c. 32. Eucharistia, inquit,  
viaticum appellatur, quia in viareficiens,  
ad patriam usque perducit.*

II. Viatici hujus divini figura olim pre-  
cessit, quando Dominus in deserto, Patri-  
bus, *manna* pluit: quia sicut manna popu-  
lum pavit, confortavit, atque ad terram  
promissionis deduxit: ita hæc esca cele-  
stis, per hujus sæculi desertum proficiscen-  
tes, alit, roborat & in cælum evehit: *est  
enim pascha, id est transitus Domini; ideo  
que Agnus comedebatur à tenentibus  
manu baculos, tanquam ad iter accin-  
ctis, & festinanter. Festinanter ergo  
pascha comedite, hortatur S. Gregorius  
id est ad solennitatem patriæ celestis festi-  
nate: nemo in hujus vita itinere torpescit,  
ne in patria locum perdat. Hom. 22. in  
Evang.*

III. Hoc viaticum, hoc divinum man-  
na, hic Agnus, illud manna vetus Israëli-  
tarum superat, velut lux umbram: illud  
enim longè majoris virtutis, Christo Do-  
mino teste Joan. 6. *Patres vestri manduca-  
verunt manna, & mortui sunt: qui  
manducat hunc panem vivet in aeternum.*



Duos igitur effectus præstantes causat, hoc Sacramentale manna. I. Dat vitam æternam animæ, hinc migranti; *vivet in æternum*. II. Dat corpori jus ad resurrectionem gloriosam, unde addit Salvator l. c. *Et ego resuscitabo eum in novissimo die*. Resuscitabo & ad immortalitatem, & ad gloriam S. Gregorius Nyssenus orat. catech. c. 37. *Corpus nostrum, inquit, non potest consequi immortalitatem, nisi corpori huic immortalis Christi fuerit conjunctum*. S. Cyrillus hinc L. 4. c. 16. Viaticum hoc nominat *cibum nutrientem ad immortalitatem & vitam æternam*. Et Concilium Nicenum, vocat *symbolum resurrectionis*.

*Aspirationes.*

O Viaticum æternitatis! in itinere ignoto ac formidabili æternitatis, me deficientem refice. O manna divinum! me prostratum dejectumque releva; animos labanti suggere; insultus Dæmonis, calcaneo meo insidiantis, retunde: Tu es *pharmacum immortalitatis* (S. Ignatius M. ep. 14. ad Ephes.) *spem certam*



332 *Domus aternitatis. Consideratio*  
certam immortalitatis impertiri. Tu es  
pignus gloriæ ; illius promissionis con-  
firmationem in me operare ; ut cum gau-  
dio iter illud ingrediar , ad quod etiam  
Sancti trepidarunt. Aperi oculos animæ  
meæ, ut credam, sperem, amem te in hoc  
tempore ; donec aspiciam facie ad fa-  
ciem, quem nunc video per speculum in  
ænigmate ; & manna illud panemque  
Angelorum degustem totâ æternitate.

28. *Decembris.*

I. **V**aticum Eucharisticum , non so-  
lum est Viaticum proficiscen-  
tium, sed etiam , panis *confortans cor mor-  
rientium* : præclaram hujus panis vivi  
& confortantis figuram exhibuit, subci-  
neritius Eliæ panis, qui vires ad iter pro-  
sequendum illi contulit : *panis confortans cor hominis.* Elias Jezabelis perfecutionem fugiens, in deserto, exitinere-  
fessus & languidus, cum sub junipero  
somnia caperet ; ab Angelo excitatus,  
atque hisce verbis animatus est : *Surg  
comede , grandis enim tibi restat via.*  
Reg. c. 19. 7. *Qui cum surrexisset,*



subcineritium panem, & vas aqua? comedat & bibit: & ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb. O præclara Viatici Eucharistici figura ac typus!

II. Magna haud dubiè fuit panis huius Eliæ, præstantia & virtus, quadraginta diebus ac noctibus, iter facienti robur addens: sed longè majoris efficaciam ac præstantiam, est Eucharistiæ viaticum, vires suggerens, donec veniatur ad Montem Horeb cælestem. Sed perpende utriusque disparitatem. I. Panis ille erat subcineritius, id est sub cinere tostus: hic est divinus, imò ipse Deus. II. Illi admixta aqua huic adjunctus pretiosus Domini Jesu sanguis. III. Ille datus ab Angelo; hic ab ipso Deo. IV. Datus est ille, in umbra legis spinosæ quiescenti: hic laborantibus in lege gratiæ. V. Ille confortat ad quadraginta dies; hic ad totam vitam. VI. Ille ad totidem noctes roborat; hic tenebras fugat, diemque perpetuum efficit. VII. Ille ducit ad montem Dei Horeb, id est ad montem Sinai,

Sinai,



334 *Domus aternitatis. Consideratio*  
Sinai, cuius vertex unus vocabatur Ho-  
reb, hic in cælum feliciter deducit. Unde  
meritò à S. Augustino *panis regni Dei*  
nuncupatur. O quanta utriusque panis  
distantia.

III. Sed perpendamus ulterius huius  
divini panis & viatici virtutes, ut majore  
in illud appetitū feramur, & non ad ul-  
timam ferè horam differamus. I. Spiritus  
vitales & animales vivificat ac puri-  
ficat, viatoremque leviolem reddit, ut  
versus cælum eleuet. Ideo à S Fulberto  
Episcopo Carnotensi Ep. 1. appellatur  
*Cæleste ferculum, è calo veniens & ad ca-  
lum ducens.* II. Vires conservat & auget.  
Hinc à S. Athanasio Tract. de verb. E-  
vang. vocatur *Sacramentum conservati-  
vum ad resurrectionem vitæ aternæ.* III.  
Oculos illuminat, magis quàm mel Jo-  
nathæ & viatores à præcipitiis, viaque  
erroribus, ad viam rectam revocat. IV.  
Animas sanctificat. Unde in Canone mis-  
sæ, *panis sanctus vitæ aternæ & calix sa-  
lutis perpetuæ nominatur.* V. Denique à  
morte aterna liberat. Eo enim *radix  
mors evertitur atque destruitur.* S. Crisost.  
Alexand. L. 4. in Joan. c. 16.



## Precatio.

**O** Panis Eucharistice! pane illo sub-  
 cineritio Eliæ infinite præstantior;  
 panis vitæ & viventium, & confortans  
 cor morientium: ubi mors januam meam  
 pulsaverit, atque ad iter æternitatis  
 ignotum, me evocaverit, confortame  
 debilem, excita dormientem, languen-  
 tem erige, oculos illumina, animam san-  
 ctifica, à morte æterna eam libera, ac gra-  
 tiâ tuâ protegente sic roborâ; ut ulti-  
 mum, periculosumque iter ad vitam fu-  
 turam, alacriter & securè conficiam; at-  
 que *in fortitudine cibi illius ambulem,*  
*usque ad montem Dei Horeb celestem,* ibi-  
 dem te laudaturus, ac benedicturus in  
 sæcula.

## 29. Decembris.

**V**aticum Eucharisticum, in agone  
 Christianis scutum est & gladius  
 contra tartareas phalanges, muniens,  
 easque in fugam conjiciens. Figura hu-  
 jus luculenta extitit panis à milite visus  
 evertere castra Madianitarum Judicum  
 c. 7. 13 *Vidi, inquiebat, somnium, & vi-*  
*Pars IV. P deba-*



336 *Domus eternitatis. Consideratio*  
*debatur mihi, quasi subcineritius panis ex*  
*hordeo, volvi & in castra Madian descen-*  
*dere (in quibus numerabantur 135.*  
*millia militum) cumque venisset ad ta-*  
*bernaculum (Regis) percussit illud atque*  
*subvertit, & terra funditus coaquavit.*  
Respondit ille, cui loquebatur miles; non  
est hoc aliud nisi gladius Gedeonis: tradi-  
dit enim Dominus in manu ejus Madian  
& omnia castra ejus. Sic viaticum Eucha-  
risticum, velut gladius Gedeonis, stygios  
hostes à morientibus fugat; & ab omni  
eorum impugnatione liberat.

II. Viaticum Eucharisticum est sym-  
bolum seu signum victoriæ; cujus figu-  
ra fuit panis Abrahamo victori datus  
Gen. c. 14. 18. Cùm enim superasset in  
prælio Chodorlahomor, sociosque Re-  
ges, benedixit illi Melchisedech Rex Sa-  
lem, sive Jerusalem, proferens panem &  
vinum, erat enim Sacerdos Altissimi. Pari-  
ratione, viaticum Eucharisticum Christiano  
ex hac vita discessuro, tanquam de mun-  
do, carne ac Diabolo victori præbetur,  
velut victoriæ signum: deinde in præ-  
mium, ac denique in pharmacum ad sa-  
nandas



nandas plagas, si quæ in pugna sint acceptæ. Ut enim docet Magister sententiarum 4. dist. 12. *Institutum est hoc Sacramentum, in augmentum virtutis, & in medicinam quotidiane infirmitatis.*

III. Denique viaticum corporis Domini, est quasi currus triumphalis Christi athletas, in prælio victores, ad Capitolium cæleste devehens. Vehiculum hoc admirabile, in curru Eliæ adumbratum est, quo Vates ille zelosus in cælum subvectus est; habetque aurigam ipsummet Christum; Redemptorem nostrum, in eo residentem. Ideo Christianus jam moribundus, & hostibus devictis triumphaturus, meritò inclamat cum Elisæo: *Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga eius.* 4. Reg. c. 2. O currus ignee, currus veri Israël & populi Dei electi, currus triumphalis, obsecro, me vitâ sanctum, cum singulari S. Angelorum ac Beatorum gaudio, gratulatione & plausu, in cælestem paradisum devehete, ut ibidem beneficia tua, & misericordias tuas in ætænum decantem.



*Invitatio.*

**O** Viaticum divinum omnium piè in Domino morientium! ne sinas me, sine tui susceptione, ex hac vita mortali, ad immortalem emigrare: sed pasce me, refice me, muni me, & velut gladius Gedeonis arma me; velut panis Madian, lemurum infernalium castra dissipa: velut victoriæ symbolum ac præmium, te mihi largire; ac demum velut currus triumphalis, in cælum me deporta victorem; ut tibi perpetuum canam epinicium. Absit, absit à te anima mea, ut ad extrema deducta, ignorantium more, viaticum sumore tergiverferis aut id in horam postremam differas; quin potiùs ad illud totâ mente anhela: *Exere palatum fidei, dilata fauces spei, viscera charitatis extende, & sume panem vita, interioris hominis alimentum, non arte pistoriâ fermentatum, sed incarnata Deitatis vitale pulmentum: sume nihilo minùs, vinum, non sordido cultore calcatum; sed torculari crucis expressum. Gusta igitur celestis ferculis suavitatem; sed ne nausees terreni*



Decembris 30.

339

germinis saporem. S. Fulbertus Episc.  
Carnotensis. Epist. 1.

CONSIDERATIO XXXI.

Medium XVIII. Æternæ Salutis.

Tuba æternitatis.

*Fas tibi duas tubas argenteas ductiles.*

Num. c. 10. 2.

30. Decembris.

I. **C**onsidera Deum in lege veteri Numerorum c. 10. 2. iussisse per Moysen fieri duas tubas argenteas, quibus dum Sacerdotes clangerent 1. populum monerent, movenda esse castra. 2. Ut populum convocarent & incitarent ad bellum. 3. Ut eundem ad sacrificia, festaque solennia accerserent. Per has tubas sacrarum literarum Interpretes, intelligunt minas inferni, & promissiones cæli, quas populo jugiter insonare debent, verbi divini præcones; ut æternitatis damnatæ metu, ac felicitatis æternæ spe, corda hominum feriant & compungant. Ut sic metu perterriti & spe allecti I. Moveant castra, progrediantur-

P 3

que



340 *Domus aternitatis. Consideratio*  
que in virtutibus, ac mandatorum divi-  
norum observatione, donec in terram  
promissionis veniant. 2. Incitent ad bel-  
la inferenda vitiis & concupiscentiis,  
donec ea expugnent. 3. Convocent ad sa-  
crificia & solennia festa, ad cultum divi-  
num, ad Sacramentorum frequentatio-  
nem, ad festivorum dierum observatio-  
nem, donec ad festum æternum, solennissimum-  
que in cælo celebrandum, emigrent.

II. Hoc est officium Sacri Oratoris  
seu Ecclesiastæ, ut geminas hasce tubas  
assiduè inflet; hoc enim clangore ad vir-  
tutes sectandas, pœnâsque peccatoribus  
intentatas evadendas, nihil efficacius.  
Convenit illi, quod Deus Isaia c. 58. 1.  
dixit: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta  
vocem tuam, & annuntia populo meo sce-  
lera eorum, & Domui Jacob peccata eo-  
rum.* Clamandum est illi contentâ, lono-  
râ, forti voce, quasi tubæ, & annuntian-  
da populo scelera, at scelerum supplicia.  
Non enim est tibia ad voluptatem &  
plausum modulans: sed tuba, ut classi-  
cum canat, ad arma, ad bellum, contra  
peccata & concupiscentias jugiter in-  
eun-



eūndum. *Docente te*, ait S. Hieronymus epist. ad Nepotianum, *in Ecclesia; non clamor populi; sed gemitus suscitetur; lacrymæ auditorum, laudes tue sint.* Ad quod obtinendum quid clangore tubæ æternitatis beatæ ac damnatæ, efficacius? *Hæc est vox Domini in virtute, vox Domini confringentis cedros; vox Domini intercedentis flammam ignis.* Psal. 28.

III. *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Talis tuba, argentea, aut aurea potius, fuit Christus Redemptor noster, & præmia æterna, & perpetua tormenta toties inculcans: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cælorum.* Matth. c. 4. 17. Talis tuba fuit S. Joannes Baptista: *Progenies viperarum inquit quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Congregabit triticum suum in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili.* Matth. c. 3. Talis tuba fuit S. Petrus, clangorem similem dans: *Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus & manifestus: Salvamini à generatione ista prava.* Acto- rum c. 2. 20. & 40. Talis tuba fuit S. Pau-



342 *Domus aternitatis. Consideratio*  
lus Apostolus, qui ut ait S. Hieronymus,  
fuit *tuba Evangelii*, *tonitru Gentium*,  
*rugitus leonis*. Actorum c. 24. 25. *Dispu-*  
*tante illo (Paulo) de justitia & castitate, &*  
*de judicio futuro, tremefactus Felix.* Talis  
tuba fuit S. Jacobus & S. Joannes, qui  
propterea à Christo vocati sunt *Boaner-*  
*ges*, id est Filii tonitru. Marci c. 3. Talis  
tuba fuit S. Chrysostomus, S. Dominicus,  
S. Vincentius, S. Antonius Paduanus &  
alii, non verborum phaleris sed assiduo  
clangore, ad timorem & amorem, me-  
tu pœnarum & spe præmiorum popu-  
lum excitantes:

*Paranesis.*

**O** Verbi divini Prædicatores! veniam  
mihi date, ut ego verbis paucis præ-  
dicem: vobis, clangite tubâ in Sion: quasi  
tuba exaltate vocem: sed prius prædi-  
cate exemplo: Christum Dominum imi-  
tantes; qui *cœpit facere & docere*: ante  
omnia prædicare vitâ: ne vobis jurè og-  
geratur, quod Pharisæis hypocriticis:  
*Dicunt & non faciunt.* Turpe est Docto-  
ri, cum culpa redarguit ipsum. Vita ve-  
stra



stra sit fulgur splendens virtute : & vox  
 vestra erit tonitru , corda feriens ac mo-  
 vens suâ efficacitate : alioquin eritis ve-  
 lut æs sonans & cymbalum tinniens ;  
 unâ manu destruentes , alterâ ædifican-  
 tes. Præmissâ autem vitâ exemplari : cum  
 Olea , Clangite buccinâ in Gabaa & tubâ  
 in Rama. c. 5. 8. Cum Joele , Canite tuba  
 in Sion , ululate in monte Sancto meo , con-  
 turbentur omnes habitatores terra , quia  
 venit dies Domini. c. 2. 1. Sanctificate jeju-  
 nium , convocate cæcum. &c. ibid. v. 15.  
 Clama ne cesses , annuntia populo scelera. Si  
 enim dicente me ad impium : morte morie-  
 ris ; non annuntiaveris ei , neque locutus  
 fueris ut avertatur à via sua impia & vi-  
 vat ; ipse impius in iniquitate sua morietur :  
 sanguinem autem ejus [ id est mortem ,  
 ac damnationem ] de manâ tua requi-  
 ram. Ezech. c. 3. 17.

## 31. Decembris.

**N**on solùm Verbi divini Præconi-  
 bus ; sed etiam quibuslibet Chri-  
 stianis conficiendæ sunt duæ tubæ , qua-  
 rum clangore , tum promissiones , tum

P s

mi-



344 *Domus aternitatis. Consideratio*  
minas aternitatis, sibi in memoriam re-  
vocent: ut in auribus eorum identidem  
resonet, quod clamabat S. Theresia, *in*  
*aternum, in aternum, in aternum.* Una  
tuba sonet suaviter, *in aternum latari,*  
altera terribiliter intonet *in aternum cru-*  
*ciari:* una perpetuò gaudere; altera, *sine*  
*sine dolere.* Una exultare in aternum,  
cum Deo, Angelis & hominibus Sanctis;  
altera torqueri, cum Lucifero, Diabolis  
ac hominibus damnatis. O quales mo-  
tus, quales effectus ejusmodi clangores  
in anima efficient! Utique à malo po-  
tenter retrahent, atque ad omne bonum  
efficaciter impellent. Clangat igitur in  
auribus animæ nostræ, quod S. Hiero-  
nymo, atque ab illo Religiosis suis com-  
mendatum est: *Sive comedas, sive bibas,*  
*sive vigiles, sive dormias, hæc tibi tuba in-*  
*sonet: Surgite mortui, venite ad judicium.*  
Tom. 4. in Reg Monarch. *Venite ad ju-*  
*dicium & secundum hoc, ad optatam, vel*  
*damnatam aternitatem.*

II. Alia vice, aures arrige, & clamo-  
rem ejus ausculta: audiesque sonum jam  
breviorem, jam proluxiorem: dum tuba  
una



una insonat *nunc*, altera *semper*: geminae  
 hæ voces utinam mortalium cordibus  
 assiduè insonarent: *Nunc & semper*.  
*Nunc* est vitæ præsentis brevitatis: *semper*  
 est vitæ futuræ æternitas. *Nunc* cla-  
 mat mundus, lætemur: nunc epulemur,  
 nunc fruamur bonis, dum sunt: & dum  
 mundi affectæ, ad hanc tubam tantum  
 attendunt, & aurem utramque attol-  
 lunt; vivunt perinde, ac si illud *semper*,  
 nunquam futurum esset: ideo caltra  
 non movent, peregrinos se esse oblivif-  
 cuntur: clangor que illius *nunc*, adeo  
 aures illorum obtundit; ut ad optima  
 monita surdi, secuturum *semper* non au-  
 diant. Qui verò utriusque tubæ sonum,  
 id est, concisum & prolixum percipiunt:  
 terrena ut brevia ac vilia despiciunt; æ-  
 terna verò, ut diuturna ac pretiosa am-  
 biunt; atque ad iter æternitatis strenuè &  
 seriò se accingunt.

III. Quare, ô fili lucis! perpende in-  
 timè, dictum tubæ utriusque clangor-  
 rem: *Nunc & semper*. *Nunc* vitæ nostræ  
 suas quidem habet voluptates, habet di-  
 vitias, habet honores: sed, quamdiu du-



346 *Domus aternitatis. Consideratio*  
rant? Non nisi uno *nunc*; id est uno mo-  
mento, seu puncto temporis: quia in  
ictu oculi clauduntur omnia. Quid, ob-  
secro, est universa vita nostra? *Dies an-*  
*norum nostrorum* ait David, *septuaginta*  
*anni*; si autem in potentatibus *octoginta*,  
Psal. 89. Et quid sunt septuaginta aut  
octoginta anni ad aternitatem? Nil nisi  
unum *nunc*; nil nisi gutta ad mare, are-  
na ad montem, atomus ad totum aërem.  
Omnia igitur bona mundi; quibus ha-  
ctenus Reges, Principes, & mortales  
omnes gavisi sunt, & hodieum gau-  
dent, in comparatione longissimæ ater-  
nitatis, non sunt nisi fumus & umbra, si-  
cut & ipsa vita, aliud non est, nisi

*Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabu-*  
*la, fœnum,*

*Umbra, cinis, punctum, vox, sonus, aura,*  
*nihil.*

Oppone huic nunc umbratili, stabile  
illud *semper*, *semper*: aut *semper* vi-  
vere in cœli deliciis, aut *semper* crucia-  
ri in Orci flammis; & veritatem clarè  
perspicies.

*Para-*



*Parænesis.*

**Q**Uare, ô homo ! si sapias, bene apprehende illud *nunc*, seu brevitate[m] vitæ præsentis; & longum illud, infinitumque *semper* futuræ æternitatis. O nunc quàm breve & nihil es ! O *semper*, quàm longum & magnum es ! O Mundi & vanitatum ejus amator confer hæc in corde tuo, sedulo ac sæpenu-mero : sonet crebro in auribus tuis, gemina hæc tuba æternitatis ; & clarè videbis, nil grande, nil pretiosum, & admirabile, nil æstimatione dignum, nil altum, nil verè laudabile & desiderabile esse, nisi quod æternum est, & quod *semper* est. Ac proinde quàm firmissimè statues ; propter breve *nunc*, non te in barathrum pœnarum *semper* daraturarum præcipitare. *Quid enim prodest homini, ut monet Redemptor noster, si [nunc] mundum universum lucretur, anima vero sua ( tunc ) detrimentum patiatur.* Matth. c. 16. Et in tartari flammis *semper* ardere cogatur ? Ne hoc tibi accidat, audi & sæpe animo volve S. Pachon-



348 *Domus eternitatis. Consideratio*  
mii monitum : *Ante omnia prae oculis ha-*  
*beamus ultimum diem : & momentis sin-*  
*gulis , eternorum dolorum supplicia for-*  
*midemus.*

*Epilogus.*

**H**isce, mi Lector, considerationibus,  
in singulos anni dies, distributis,  
finem & coronidem imponimus. In pri-  
ma parte consideravimus æternitatem;  
in secunda æternitatem beatam; in tertia  
damnata; in quarta impedimenta &  
adjumenta: ut autem illa amoveas, hæc  
verò perquam studiosè adhibeas, excitet  
utraq; æternitas, beata æquè ac dam-  
nata. Animet te, de qua paulò antè dixi-  
mus, tuba æternitatis; quæ identidem,  
maximè, in peccandi periculis, auribus  
tuis insonet: *Æternitas! eternitas! O*  
*quàm longa es eternitas! salus æterna,*  
*damnatio æterna: ô quanti momenti res.*  
Quodsi verò, hujus tubæ clangorem,  
quod absit, audire detrectaveris: audies  
aliquando, certò certius, tubam illam  
novissimam, auribus tuis tono terribili  
insonantem: *Surgite mortui, venite ad ju-*  
*dicium:*



dicium: quoniam ipse Dominus (Christus  
 Judex) in jussu & in voce Archangeli, &  
 in tuba Dei, descendet de celo, & mortui,  
 qui in Christo sunt, resurgent primi. 1.  
 Thessal. c. 4. 15. Hæc tuba, primò te &  
 omnes homines excitabit à mortuis, ci-  
 tabitque ad judicium: deinde electos vo-  
 cabit ad solennitatem ac lætitiã æter-  
 næ beatitudinis; denique reprobos ter-  
 rore percussos, vocabit ad gehennam, &  
 barathrum æternæ damnationis.

Cogita, quæso, benevole lector, quis  
 tibi tunc futurus sit sensus: si impedi-  
 menta salutis non amoveris, sed amave-  
 ris; si adjumenta neglexeris: si in hac  
 vita rebus terrenis & vitiis immerfus, cæ-  
 lestia & æterna oblivioni dederis. O  
 qualis, in illa hora, te angustia, consterna-  
 tio ac palpitatio invadet? in illa, inquam,  
 hora, de qua S. Joannes Apostolus c. 5.  
 28, ait: *Venit hora, in qua omnes qui in  
 monumentis sunt, audient vocem ejus*  
 [Filiis Dei] & procedent, qui bona ege-  
 runt in resurrectionem vite; qui vero ma-  
 la egerunt, in resurrectionem judicii [dam-  
 nationis æternæ] Tunc inquit S. Chry-  
 sostomus,



350 *Domus aternitatis. Consideratio*  
Iostomus, hom. 8. in epist. ad Theff. Vox  
audietur Archangeli & sonitus tubarum;  
qualis igitur tremor, qualis timor eos,  
qui in terra tunc erunt qui iudicem ex-  
spectabunt, obtinebit? Unus namque  
accipietur & unus relinquetur. Quis  
erit tunc animus illorum: quando istos  
quidem sublatos videbunt [in caelum]  
se verò ipsos relictos? An non quavis  
gehennâ terribilius, eos, ista dejectos ac  
consternatos reddere poterunt? Finga-  
mus itaque sermone, jam illud adesse.  
Si enim mors repentina, aut civitatum  
motus, & reliquæ minæ animos nostros  
ita concutiunt: quando viderimus ter-  
ram diruptam, & his omnibus refertam,  
quando audierimus tubas, quando vo-  
cem illam Archangeli, quavis tuba cla-  
riorem perceperimus, quando caelum  
hoc undique sursum evectum & con-  
tractum, quando ipsum adventantem  
Deum, Regem omnium viderimus; quis  
tunc nobis animus erit? *Tunc dicent*  
*montibus cadite super nos & collibus ope-*  
*rite nos, arescentes, præ terrore &*  
*horrere.*

Ac



Ac demum, quod terribilium omnium  
terribilissimum est, auditâ decreto-  
riâ & irrevocabili iudicis sententiâ : *Dis-  
cedite à me maledicti in ignem aeternum,*  
velut fulmine ac tonitru percussi, descen-  
dent vivi in infernum, & claudentur ibi  
in carcere : in quo, heu dolor ! nulla sa-  
lus, nulla quies, nulla remissio, nulla re-  
levatio, nulla recreatio, nulla medicina,  
nulla pausa, nulla auxilia, solatia nulla,  
nec è caelo, nec è terra, nec à rebus præsen-  
tibus, nec à futuris, nec à præteritis, un-  
quam sunt speranda. Quia lata est senten-  
tia, clausa est janua, omnis spes penitus  
est præcisa. Quidquid enim ibi est, nil nisi  
pœna, æternumque tormentum est ; &  
sine remedio est : nam supra damnatos,  
paradisus est, sed æternum clausus : aby-  
sus infra est, sed nunquam referanda, an-  
te ipsos tormentorum omnium æterni-  
tas ; ponè ipsos, amissæ voluptatis ama-  
rissima memoria, à dextra tortores dia-  
boli ; à læva pœnarum socii intra ipsos  
fames & sitis, horror & pavor, fletus &  
stridor, dolor & pœnitentia, perturba-  
tio & confusio desolatio & lamentatio,  
despe-



352 *Domus aternitatis. Consideratio*  
desperatio & maledictio aeterna. Et in  
his poenis, ô chare Lector ! tu quoque  
situs, fixus, immerfus, sepultus, immo-  
tus, tortus & *perditus in aeternum eris.* Je-  
rem. c. 51. 26. si in peccato, etiam unico,  
lethali, diem tuum, quod Deus avertat,  
obieris. Ne verò id tibi contingat, saepe  
nunc sonet in aure tua, aternitatis tuba:  
sape, per salutē tuam obtestor te, annos  
aeternos in mente habe: aternitatē cogi-  
ta, aternitatem considera, aternitatē ju-  
giter gere in memoria: & sapient tibi cae-  
lestia vilescant omnia transitoria: *nihil*  
*enim tantum valet, ad spernendam pra-*  
*esentem vanitatem; quam cogitare jugiter*  
*aeternitatem.* S. Bern. Tom. 3. ser. de reg.  
cael. Sicque perpetua evades inferni sup-  
plicia, & gaudia caeli adipisceris semp-  
terna. Quod tibi, & mihi, & omnibus  
per infinitam misericordiam; & clemen-  
tiam suam, largiatur benignissimus  
Deus Pater & Filius & Spiri-  
tus sanctus. Amen.



ORA-



## O R A T I O

*Ex S. Augustino med. c. 2.*

**D**omine Deus salutis meæ; ostendisti mihi bene vivendi viam: & gradiendi scientiam dedisti: minatus es mihi gehennam, & pollicitus es mihi paradisi gloriam. Nunc igitur Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, confige timore tuo, carnes meas, ut quod minaris, metuendo evadam, & redde mihi lætitiā salutaris tui, ut quæ spondes, diligendo percipiam. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.



INDEX





# INDEX

## Considerationum Partis IV.

1. **I**mpedimentum I. Æternæ salutis, defectus fidei æternitatis. pag. 7.
2. Impedimentum II. Oblivio æternitatis. pag. 22.
3. Impedimentum III. Pabulum ignis inextinguibilis. 33.
4. Impedimentum IV. Ligna incendiæ infernalis. 43.
5. Impedimentum V. Pericula æternitatis. 54.
6. Impedimentum VI. Stultitia in æstimatione æternitatis. 63.
7. Impedimentum VII. Injustitia in Regibus. 75.
8. Impedimentum VIII. Superbia in Nobilibus. 87.
9. Impedimentum IX. Negligens cura animarum in Præsulibus. 97.
10. Impedimentum X. Luxuria in juvenibus. 108.



# I N D E X.

11. Impedimentum XI. Acedia in fe-  
nibus. 119.
12. Impedimentum XII. Error vel de-  
sertio vocationis in Religiosis, & Sæ-  
cularibus. 130.
13. Impedimentum XIII. defectus ve-  
ræ pœnitentiæ in peccatoribus. 140.
14. Medium I. Æternæ salutis, fides viva  
æternitatis. 151.
15. Medium II. Spes firma beatæ æter-  
nitatis. 164.
16. Medium III. Timor æternitatis. 176.
17. Medium IV. Amor æternitatis. 186.
18. Medium V. Memoria æternitatis.  
198.
19. Medium VI. Meditatio æternitatis.  
210.
20. Medium VII. Scala æternitatis. 222.
21. Medium VIII. Negotium æternita-  
tis. 232.
22. Medium IX. Meditatio seria ignis  
infernalis. 243.
23. Medium X. Amussis æternitatis.  
253.
24. Medium XI. Statera æternitatis.  
264.  
25.



## I N D E X.

- |  |      |
|--|------|
| 25. Medium XII. Præ gustatio æternita-<br>tis.       | 274. |
| 26. Medium XIII. Sementis æternitatis.               | 286. |
| 27. Medium XIV. Expugnatio æterni-<br>tatis.         | 297. |
| 28. Medium XV. Solatium beatæ æter-<br>nitatis.      | 307. |
| 29. Medium XVI. Cultus B. V. Patronæ<br>æternitatis. | 319. |
| 30. Medium XVII. Viaticum æternita-<br>tis.          | 329. |
| 31. Medium XVIII. Tuba æternitatis.                  | 339. |







PRIVILEGIUM  
CÆSAREUM.

CUM ex mandato Sacræ Cæsareæ  
Majestatis, omnibus & singulis  
Typographis, Bibliopolis, ac aliis qui-  
buscunque librariam negotiationem ex-  
ercentibus, serio firmiterque inhibea-  
tur, ne quisquam libros ullos à Societa-  
tis nostræ Patribus hæctenus editos,  
aut imposterum edendos, intra S. R. Im-  
perii, Regnorum, & Dominiorum suæ  
Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fi-  
nes, simili aliòve caractere aut formâ,  
sive in toto, sive in parte excudere, recu-  
dere, vel aliò excudendos vel recuden-  
dos mittere, vendere, distrahere, clam  
seu palàm, citra supradictorum Patrum  
consensum ac testimonium audeat vel  
præsumat:

Ego PETRUS SCHMITMAN So-  
cietatis Jesu per Provinciam Rheni  
inferioris Præpositus Provincialis po-  
testate mihi à Patre nostro P. MICHAEL-  
LE ANGELO TAMBURINO Præ-  
posito



PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

posito ad id factâ , concedo Domino  
SERVATIO NOETHEN Bibliopolæ Colo-  
niensi facultatem ad decennium excu-  
dendi librum cui titulus est : *Domus  
æternitatis* Authore P. JOANNI  
DIRCKINCK Societatis nostræ Sa-  
cerdote : itemque ad Decennium excu-  
dendi eundem librum ab alio Sacerdo-  
te ejusdem Societatis in idioma Ger-  
manicum translatum. In quorum fidem  
hoc ei testimonium manu propriâ Sub-  
scriptum & consueto officii Sigillo mu-  
nitum dedi. Coloniae die 28. Martii  
Anno 1713.

PETRUS SCHMITMAN S. J.

m. p.




## ERRATA IV. PARTIS.

- Pagina 6. linea 6. tacti, corrige, tuti.  
 10. l. 1. cureorum c. epicureorum.  
 11. l. 16. affeclis c. asseclis.  
 20. l. 8. orco c. orci.  
 24. l. 13. causa c. causæ.  
 76. l. 4. dignicatem c. dignitatem.  
 107. l. 11. discensiones c. dissensiones.  
 112. l. 9. tamentabantur c. lamenta-  
 bantur.  
 120. l. 20. colligenda c. colligendæ.  
 131. l. 9. cūmque c. eūmque.  
 137. l. 12. projicite c. projice te.  
 l. 13. quid c. qui.  
 138. l. 19. vomento c. vomendo.  
 142. l. 4. digna c. dignam.)  
 148. l. 18. ὑποπιάζω corrige ὑποπιάζω  
 162. l. 10. emphalis c. emphasis.  
 173. l. 13. locuplectavit c. locupletavit.  
 184. l. 10. cecedisse c. cecidisse.  
 192. l. 16. quanto c. quando.  
 193. l. 14. beneficium c. beneficium.  
 209. l. 7. Davidice c. Davidicæ.)  
 236. l. 20. vocet corr. vacet.  
 240. l. 23. πρωτερον corrige πρωτερον  
 244. l. 26. habeat c. habet.

\*





Pagina 251. linea 5. vocat c. vorat.  
256. l. 13. proborum c. proborum.  
257. l. 25. intentionis c. intentiones.  
261. l. 15. amittendo c. admittendo.  
273. l. 2. gaudio c. gaudii.  
285. l. 16. falsa c. falsa.  
296. l. 5. collectum c. collectam.  
300. l. 7. rediculisque c. ridiculisque.  
327. l. 24. sequerentur c. sequentur.  
332. l. 1. impertiri c. impertire.  
344. l. 21. Monarch. c. Monach.

In privilegio Cæsareo

Joanni c. Joanne.

In eodem privilegio post verbum  
*Præposito*, omissum est  
*Generali.*





h.  
do.

n


























Th 3/4  
2929



